- Aristodemus**, histrio, proditor. 150, 7. primus auctor Atheniensibus fuit pacis cum Philippo contrahendæ. 232, 8. 344, 21. 371, 15. deinde peragendum hoc negotium Philocrati et Æschini tradidit. 371, 17. histrio fuit tragicus. 418, 8. rebus Philippi ad incitas redactis, ab hoc immissus est Atheniensibus, quos hortaretur ad pacem. 442, ult.
- Aristodemus**, filius Aristotelis, Pallenis, pater illius, qui causam adversus Leocharetem egit. 1080, sq. 1083, 20.
- Aristogenes**, aliquoties commemoratus in causa Spudiæ. 1030, 8. 1031, 3. 1033, 13. 1034, 4. et 21.
- Aristogitonis** et Harmodii posteri immunes erant a quibusdam, non ab omnibus, muneribus ad statum patriæ tuendam faciendis. 462, 19.
- Aristogiton**, orator et sycophanta, in quem invehuntur duæ orationes, quas Demosthenis esse sunt qui negent. 770, sq. novies Demosthenem accusavit. 781, 6. quinquennio toto a foro abfuit, ex interdico. 783, 2. patrem apud Eretriam in carcere tabescentem deseruit: in quo illo defuncto, factus in funus sunitus haud refudit. 787, 3. Hyperidem de quadam ejus rogatione accusavit. 803, 27. carceri mandatus est. 1478, 19. graviter Demosthenes p. 1483, 26. et 1485, 5. Athenienses objurgat, qui, quorum veniam Aristogitoni, homini impuro, dedissent, ea in se, Demosthene, exsilio punivissent, sortisque suæ ingemiscit acerbitati, quæ se ad tantam detrusisset humilitatem, ut cum Aristogitone compararetur. Necesse est, ut hæc Aristogitonis absolutio, in causa pecuniarum Harpalicarum, paulo ante præcesserit exsiliium Demosthenis, imperante Antipatro. Pater Aristogitonis fuit Cydomachus. v. Dinarch. p. 106, 6. ed. Steph.
- Aristolaus** apud Thasum, fort. tyrannus insulæ, Atheniensium inimicus. 294, 10.
- Aristolochus** trapezita, donec rebus secundis floreret, a Stephano studiis et officii cultus, rursus ab eodem contentus atque prostritus fuit, rebus ejus eversis. 1120, 21.
- Aristomachus** Critodemi Alopekensis a Kersoblepte et Charidemo interpretes ad Athenienses allegator. 624, 26. 657, 3. 1333, 9. 1353, 1.
- Aristomachus**, qui Thesmotheta fuit. 1367, 5.
- Aristomenes Anagyrasius**. 1047, 20.
- Aristo**, Alopekensis, ab Aristogitone ex titulo *βουλευτικός* postulatus, quod se, velut ærarium, qui minus esset, accusasset. 791, 26. videtur hic Aristo aut Thesmotheta, aut exactor debitorum fisci fuisse.
- Aristo**, qui Cononem verberum et vulnorum ab eo inflictorum postulavit. 1256, sq. fuit genere nobili. 1270, pen.
- Aristo**, filius Næaræ, vulgo quæsitus. 1358, 4.
- Aristonicus** Phœarrhus rogationem de honoribus Demostheni deferendis dudum ante Ctesiphontem tulerat. cujus rogationis formula legitur p. 253, 12. rogationem illam Diondas aliquis labefactare conatus, causa cecidit. 302, 15. dictaverat illam Aristonici rogationem aliquis Demomeles. 302, 22. Aristonicus hic infamia notatus h. e. jure fori frequentandi et honorum petendorum, colligebat pecuniam, quo pristinam dignitatem recuperaret. Verum interveniente atroci illa ad Chæroneam clade,

- pecuniam illam maluit ad salutem patriæ tuendam conferre. 329, 12.
- Aristonoe**, Philostrati filia, Callippi uxor, Phænippi mater. 1047, 6.
- Aristonus** Dekellensis. 1236, 14.
- Aristopho** Azeniensis, numeratur in caudicis tum potentissimis. 501, 24. [Aristoteles Rhetoric. 2, 23. rixam ejus cum Iphicrate refert.] Leptinæ præsto fuit, patrocinatus legi de abolenda immunitate, quamvis ipse immunitate fuisset ornatus. *ibid.* nonnulla suasit eorum, quæ civitas Ath. invita Philippo concessit. 248, 3. ejus rogatio de legatis ad Philippum navium repetendarum causa mittendis. 250, 4, sq. studuit Thebanos in societatem belli adversus Philippum pertrahere. 281, 18. fuit clarus orator. 97, 14. 301, 18. 436, 13. accusavit Philonicum. 434, 21. rogationem tulit de legendis inquisitoribus pecuniarum et bonorum publicorum e fanis et ærario surreptorum. 703, 10. diem rei capitalis dixit iis, qui, elocandis trierarchatibus suis, in causa fuissent, ut res navalis Athen. deteriore loco esset, atque classis ab Alexandro, Philippi imperatore, prælio navali vinceretur. 1230, 15, sq. 1232, 24. lex ejus de mercatura forensi exercenda populo admodum placuit. 1508, 12. rogatio ejus de classe in Pontum mittenda, quæ Proconnesios adversus Cyzicenos tueretur, Miltocydæ adversus Cotyn succurreret, Cherrhonesum recuperaret, vecturam frumenti e Ponto securam redderet, eoque efficeret, ut frumentum Athenis vihoris veniret. 1208, 8. redditis coronis accusationem peculatus sustulit. 584, 14.
- Aristopho** Colyttensis memoratur p. 250, 18. verum est idem prorsus cum Azeniense. Quapropter aut nomen aliquod ibi loci deest, aut vox Colyttensis corrupta est. Hic enim demus, Colyttus ad tribum Hippothoontidem nil pertinet, sed ad Æantidem.
- Aristophon** ille, cujus mentio fit p. 584, 14. de quo conferri velim Scholia, cujus sit, nescio. Idem certe cum Azeniense non est. Videtur potius idem esse cum
- Aristophonte** sycophanta, quicum Zenothemis collisit, et cujus versutia atque perfidia enarratur p. 885, 9. Verum de tribus Aristophontibus enucleatus disputantem v. Ruhnkenium *Histor. critica orator. Græc.* p. 129, sq.
- Aristoteles** Pallenensis. 1083, 18.
- Aristratus**, fautor Philippi apud Sicyonem, contemptus a Philippo, opera ejus jam satis uso. 242, 2. 324, 13.
- Aristratus** apud Naxum, forte tyrannus ibi, P. A. inimicus. 294, 10.
- Arkesas**, in Genitivo Arkesantos (nisi is potius Arkeson, Arkesontos est), Pambotades. 1250, 19.
- Artabazus**, præfectus Lydiæ et Ionæ, cui Chares cum mercenariis Atheniensium operam navat. 46, pen. comprehensus ab Autophradata. 671, 4. rursus dimissus, oppugnat Charidemum. 671, 17. Conf. Diodor. Sic. t. II. p. 98. 107. et 122.
- Artemisia**, Cariæ domina, Hecatomi filia. 193, 15. 197, 12. 198, 19.
- Artemo**, Phaseliota, Laeriti frater. 924, 9.
- Arthmius** Zelita infamia notatur, quod aurum Medicum in Græciam intulisset. Psephisma in eum latum. 121, 27. 428, 3.
- Arymbas**, a Philippo bello appetitus. 13, 5. Schottus in Vita Demosth. Neoptolemi filium, Molossorum regem appellat, Tourellus Alcetae filium, Neoptolemi fratrem.
- Astius** (Ἀστῆϊος) archon. 1357, 2. quo tempore Lacedæmonii bellum cum Athen. gerebant, illud, ni fallor, quo Chabrias Pollin apud Naxum classe devicit. Fuit Archon post Socratidem, quo tempore Timotheus causam capitibus dixit ob rem adversus Lacedæmonios male gestam. 1190, 24. 1202, 5.
- Atheniensium** principatus Græciæ a bello inde Persico ad Peloponnesiacum, ducibus Aristide, Nicia, Pericle, aliis, tenuit annos quadraginta quinque. 35, 5. alibi septuaginta edit. Athenienses rerum novarum auditione delectabantur. 43, 6.
- Athenodorus**, Atheniensis, in Thracia partes liberorum Berisadis tuebatur. 624, 5. quorum avunculus erat. Nam penes Berisadem in matrimonio erat soror Athenodori. *ibid.* 6. ejus res cum Charidemo et Kersoblepta gestæ. 677, 9. sq.
- Atrestidas** Arcas, captivorum ex Olyntho numerum, a Philippo donatum, in Arcadiam secum agens, occurrit Æschini, legato ad civitates Peloponnesiacas proficiscenti. 439, 3.
- Atrometus**, pater Æschini. 270, 24.
- Autocles**, imperator classis Atticæ in Thracia, ob res ibi male gestas, et neglectum Miltocydem, quamvis ea culpa vacaret, in judicium vocatus. 655, 3. revocato e Ponto, successor mittitur Meno. 1210, 7. hic idem esse videtur cum illo Autocle, quem Apollodorus, Pasionis filius, orationem commentante Demosthene, quæ oratio hodie nulla superest, accusavit. 961, 1.
- Automedon** tyrannus Eretriæ a Philippo constitus. 125, 27.
- Automedon**, Atheniensis, psephisma fert

de Tenediis. 1333, 12.

Autonomus, scriba Antimachi. 1186, pen.
Autophradates comprehendit Artabazum,
Lydiæ et Ioniæ Satrapam, sed rursus
cum dimittit. 671, 4.

B.

Bacchius, vel Cacchius (sed prius est
verius), homo obscurus, e familia Co-
nonis. 1269, 5.

Bathippus, legem Leptinæ oppugnare ag-
gressus, non fuerat ceptum persecutus,
seu pecunia placatus, seu valetudine
impeditus, seu fato interveniente. 451,
argum. 8. 453, 14. 501, 8. v. *Aphepsio*.

Bathyllus, filius Polyarati. 1009, 26.

Berisades, Βερυσάδης, regulus Thraciæ, vel
Ponti. 624, 1. sq. fœderatus Athen.
ibid. remittit negotiatoribus vectigal
frumenti Athenas convehendi. 917, 24.
ubi exaratum reperitur hoc nomen Πα-
ρισάδης, gessit cum Scythia bellum.
909, 22. Berisaden, vel Parisaden, in
regno Ponti, fratri Spartaco successis-
sisse, tradit Diodorus ad annum Olymp.
107. quartum p. 123. verum Wesselin-
gius negat Diodoreum eundem esse
cum Demosthenico.

Bianor, frater uxoris Amadoci, reguli
Thraciæ. 624, 6. civitate donatus fuit
ab Atheniensibus. *ibid.* 15.

Blepæus trapezita. 583, 17. 1023, 19.

Bœotus, frater Plangonis, e quo filius
Plangonis, a Mantia procreatus, fuit
appellatus. 1004, 4.

Bœotus, Plangonis filius, quem mater e
Mantia conceptum aiebat; quo fidens
ille, pro Bœoto, se Mantitheum fere-
bat; quod nomen erat filio Mantix ex
uxore legitima quæsito; unde lis super
nomine orta est inter illos fratres. quæ
lis oratione gemina agitur a p. 994. ad
p. 1026.

Bosporichus, hieromnemon Byzantinus,
quo tempore Byzantini populo Athen.
coronam auream decernebant, ejus
opera liberati ab obsidione Philippi.
255, 20.

Boxia, seu Zobia, muliercula vilis, erga
quam turpiter ingratum prodidit ani-
mum Aristogito, quem ea, fuga e car-
cere elapsam, per aliquot dies, suo
cum periculo, occultasset, atque ser-
vasset. 787, 14.

Brachyllus, socer Lysix Sophistæ. 1352,
5.

Brytiadæ. 1365, 8.

Bulagoras Alopekensis fuit in legatis ad
Philippum apud Elateam missis. 232,
23.

Buselus. 1055, 23. ubi Buselidarum res
copiose enarrantur. cujus gentis stem-

ma descripsit Palmerius in *Exercita-*
tionibus.

Byzantinis in formula pacis, inter Philip-
pum et Athenienses sancitæ, decretum
fuit jus vectigalia exigendi a navibus
Pontum petentibus. 63, 19. Byzantini
et Athenienses mutuas similitates ex-
ercebant. 93, 14. bellum sociale cum
Chiiis et Rhodiis adversus Athenienses
suscepiebant. 191, 12. aliis in causis si-
multatum edebant banc, quod Atheni-
enses Chalcedonem et Selymbriam ab
ipsis abalienatam irent. 198, 12. qui-
bus de causis Philippus Byzantium ob-
sederit, item obsidionem illam a classe
Attica solutam fuisse, et de corona au-
rea, qua P. Byzantinus populum Athe-
niensem ob illud insigne meritum or-
navit. 254. 255. naves frumentarias
Atheniensium in portum suum deduce-
bant. 1207, 26. 1211, 26.

C.

Cacchius. v. Bacchius.

Callæschrus, Diotimi filius, Cothokydes,
fuit in legalis ad Thebanos eo missis,
quo persuaderet ipsis, ut cum P. A.
fœdus et societatem belli adversus Phi-
lippum inirent. 291, 8. habebatur in
ditissimis civium Athen. 565, 13.

Callarus, servus. 1280, 20. sq.

Callias, Hipponici filius, qui celebratam
illam cum rege Persarum pacem sanxit,
qua regi interdictum fuit, ne ad mare
Ægeum descenderet, et quicquid ab
ora maritimi in continentem pateret, ad
diurnum equi cursum, liberum et sui
juris relinqueret; et nihilominus, quod
auro Persico corruptus regi plus æquo
concessisse videretur, quinquaginta ta-
lentis mulctatus fuit. 428, 27. alias fuit
ὁ λακκόπλουτος appellatus. v. Palmerii
Exerc. p. 628. et 754.

Callias imperator Atheniensium, urbes ad
Pagasiticum sinum sitas cepit, et in
Macedoniam navigantes intercepti, at-
que vendidit. 159, 25. qua de injuria
Philippus ibi queritur. Fortassis idem
est cum

Callia Phrearrhio. 265, 6. et 17.

Callias Sioniensis, Areopagita. 272, 5.

Callias, servus publicus, seu licitor, ad
Philippum transiit, a quo benigne ex-
ceptus est. 23, 19.

Callicles, Epitrephis filius, Thriasius.
1221, 10.

Callicrates Euphemi. 611, 25.

Callicrates, frater Calliclis. 1272, 10.

Callippides, pater Calliclis et Callicratis,
modo dictorum. 1272, 18.

Callippus, Heracleotarum proxenus, de
Lyconis hereditate cum Apollodoro,

- Pasionis filio, contendit, cui repugnat Apollodorus oratione, quæ legitur p. 1235. sq. videtur idem esse cum
- Callippo**, Philonis filio, Æxonense. 1221. 6. quem veteratorum, cavillatorem, et importunum rixatorem appellat. ibid. pen. hunc ab Apollodoro accusatum esse, ait p. 960, ult. quo orationem adhuc superstitem designari credibile mihi est p. 1243, 3. et 21. item 1244, 6. vir dicitur non contemnendus in rep. et utramvis in partem pollens. Sed occurrit hoc dubium, quod ille Callippus, quicum Apollodorus de Lyconis hereditate certavit, Archebiadæ municipalis dicitur p. 1243, 21. Jam vero Archebiadem Lamprensem fuisse p. 1236, 15. docet. Nequit ergo Callippus hic Æxonensis esse, si Lamprensis fuit.
- Callippus** Pæniensis psephima scripserat, utile Cardianis, Atheniensibus damnosum. quapropter ab auctore orationis de Haloneso accusatus est. 87, 9. conf. p. 76, 4.
- Callippus**, frater actoris contra Olympiodorum. 1173, 4.
- Callisthenes**, Eteonici filius, Phalereus rogationem ferebat, ut Atheniensium nullus urbe abesset, quo tempore Philippus repentina in Phocida irruptione Athenas percellerat. 238, 5. Forsitan idem est is, cujus mentio fit p. 467, 17. fuit in numero octo oratorum, quos Alexander M. ad supplicium depoposcit.
- Callisthenes** Sphettius testatur Demostheni adversus Thrasylochum, Midix fratrem. 541, 6.
- Callistratus**, filius Callieratis, Aphidnæus, celebrator, cujus exemplis compunctus et exercitatus Demosthenes, admodum adhuc tum adolescens, animum ad eloquentiæ studium appulit. 301, 18. numeratur in claris et pollentibus, iisdemque honestis et probis oratoribus. 436, 13. 742, 25. auctor fuit Atheniensibus, ut Lacedæmoniorum res, a Thebanis prostratas, et in summum discrimen adductas, relevarent atque sustentarent. 1353, 19. Stephanus ei adulatus et famulatus est. 1359, 18. Timotheo Cononis diem dixit rei capitalis. 1187, 7. 1188, 10. condemnavit Antimachum, Timothei questorem, ejusque facultates publicavit. 1198, 10. Sitne idem, atque qui p. 1220, ult. et 1221, 19. commemoratur, at exsul, bis morti damnatus, et Timomachi, præfecti classis Atticæ in Thracia, *υπερσπης*, Schwager [brother-in-law], hæud definiam. Bartonus ad Plutarch. §. ε. censet, hunc oratorem eundem esse cum illo Callistrato, cujus lamentabilem exitum Lycurgus in orat. in Leocratem p. 159, 26.
- ed. H. Steph. enarrat. quæ non concilio cum æstimatione probitatis et gratia populari, qua Callistratus floruit. Pausanias quoque in Sicilia cum obisse perhibet e vulnere tum accepto, quum præfectus alæ equitum fortiter dimicaret. quod videtur anno nescio quo Olympiadis 108. evenisse. v. Fabric. B. G. t. IV. p. 56. 57. qui Empedi filium appellat. Sed meliora et pleniora v. apud Rubnkenium V. C. in historia critica oratorum Græcorum p. 58.
- Callistratus**, filius Ebulidæ, frater Philagri et Euctemonis. 1061, 26. 1063, 16. 1065, 9.
- Callistratus**, fœnerator, seu trapezita. 948, 17.
- Cammes**, Mitylenæorum tyrannus. 1019, 19.
- Car**, seu Carix dominus, p. 63, 17. commemoratus, est Idrieus.
- Cardiani**, ex pacto, inter Philippum et Athenienses paulo post captam Olynthum inito, a reliquis Cherrhonesi incolis sunt separati, et pro liberis atque jurisdictioni Atticæ exemptis declarati. 63, 16. Cardiani scilicet suam esse aiebant regionem quandam Cherrhonesi, ab Atheniensium colonia insessam per nefas, a Diopithe illuc deducta. 87, 3. harum litium origo et historia latius exponitur in argumento orationis super Cherrhonesi rebus. 88. 89. Philippus, in Illyrico bellum gerens, copiis adversus Cardiam missis eam occupat. 104, 3. 105, 16. 120, 6. ubi maximam urbem Cherrhonesiacam appellat. Cardiani jam ante pacem, litem suam Philippo detulerant disceptandam. 161, 20. Atheniensibus admodum infesti erant. 677, 3.
- Carthaginienses** olim vectigales erant Syracusanis. 506, 18.
- Carystium** quandam, Atheniensium proxenum, bello captum, Philippus peremit, frustra deprecantibus Atheniensibus per legatos ter hæc de re missos. 86, 5.
- Castor** et **Pollux** fortitudinis laude inclauserunt. 1410, 19.
- Cecrops**, eponymus heros Cecropidarum, tribus Athen. 1398, 21. ubi docetur, cur *κεκροπος* fuerit appellatus.
- Kephalus**, clarus orator. 301, 19. nunquam fuit accusatus. 310, pen. 311, 6.
- Kephisiades** Scyrita, cui Lyco pecuniam suam tradendam mandat Pasioni. 1236, 21.
- Kephisodoros**, Archon eponymus, inter Polyzelum et Timocratem medius, quo honore fungente Demosthenes Aphobum male gestæ tutelæ reum egit. 868, 21. fuit Chionis filius, nisi mea me fallit opinio. quamquam interpretes Chionem Cephisodoro successisse statuunt, et

- illum Senatui præfuisse anno tertio Olymp. CIII. hunc quarto. v. Palmer. Exerc. p. 637. sed v. disputata sub v. *Chion*. de Cephisodori aliquot archontibus v. disserentem Corsinium F. A. t. II. p. 100.
- Kephisodorus**, de cuius ancilla lis orta Theocrinis patri. 1327, 22.
- Kephisodotus**, Kerameensis, inter caussidicos tum potentes nominatur. 501, 24. 502, 27. fort. hic idem est, ad quem literas dabat Charidemus, recipiens Cherrhonesum a se Atheniensibus restituendam. 670, 23. erat inimicus Cottyos et Iphicratis. 672, 1. imperator cum classe adversus Cotyn mittitur ad Cherrhonesum recuperandam. 674, 25. cum Charidemo pacem ignominiosam facit, quam ob rem quinque talentis fuit mulctatus, et ipsum capitis discrimen ægre effugit. 676, 3. Nescio, an ad eum hi quoque loci referendi sint, p. 398, 2. ubi acceptorum munerum reus dicitur, et p. 1228, 3. ubi dicitur Apollodoro Pasionis præsto fuisse in iudicio.
- Kephisodotus**, Bæotus. 927, 12. sed paulo post idem Kephisodorus appellatur, eadem pagina, v. 23.
- Kephisophon Kesiphontis**, Rhamnusius, auctor erat pacis cum Philippo contrahendæ, et rogationem Philoeratis super ea secundabat. 232, 14. cum legatis, ipse quartus, ad Philippum missus est, ejus sacramento adigendi causa. 235, 18. subscriptor aderat Æschini, diem Ctesiphonti dicenti. 244, 4.
- Kephisophon Kephalonis**, Aphidnæus. 1107, 8.
- Kephisophon Cleonis**, Anaphlystius, cum legatis, ipse tertius, ad Philippum missus est navium repetendarum gratia. 250, 15.
- Kephisophon**, nescio qui, mercede conducit Stephanum ad accusandum Apollodorum. 1348, 19.
- Kerkidas**, Arcas, proditor. 324, 9.
- Kerdo**, servus. 1252, 28.
- Kerybion**, Κερύβιον. v. Kyrebiion.
- Kersobleptes**, regulus Thraciæ, fœderatus Atheniensium, [a Philippo coercitus Olymp. 109. Diodor. Sic. II. p. 137.]. 133, 19. 160, 20. ab Athen. civitate donatus. ibid. successit patri Coty in regno Thraciæ. 623, 18. κερσῶτιν et tutorem habuit Charidemum Oritam. ibid. donabat Atheniensibus Chersonesum, sed tum demum, quum diutius denegare non posset. 656, 11. v. *Charidemos*, et *Chabrias*, et *Chares*.
- Chabrias**, dux Athen. in bello Corinthiaco (Olymp. 96, 4). 46, 21. in prælio navali apud Naxum Pollin, classis Spartanæ imperatorem, vicit, marisque imperium
- Lacedæmonii ereptum, patriæ restituit. 172, 27. 480, 6. 686, 23. (Olymp. 100, 4.) expeditio ejus in Ægyptum. 433, 21. res ab eo præclare gestæ breviter enarrantur. 479, 22. sq. quotquot usi fuere Athenienses imperatoribus, omnium hic solus neque civitatem ullam, neque navem, neque militem amisit, neque copiam fecit hostibus tropæi de se figendi. 480. 16. decessit in obsidione Chii. 481, 24. (Olymp. 105, 3.) honores ei a P. A. decretos ei eripere Leodamas nequicquam laboravit. 501, pen. causam capitis super Oropo amissa dicendam habuit. 535, 10. ad bellum cum Kersoblepta et Charidemo super Cherrhoneso gerendum missus, a copiis destitutus, coactus est paci ignominiosæ subscribere; quam repudiantes Athenienses, Chabriæ imperium abrogabant. 677, 16.
- Chabrias Æxonensis** vicit Pythia quadrigis, archonte Socratide (Olymp. 101, 3.). 1356, 4.
- Chæredemus** rogationis auctor fit, ut armamenta navalia reip. debentes cogèrentur ea sine mora præstare, subita urgente necessitate classem emittendi. 1145, 8.
- Chæretimus**, Chærimenis filius, Pitthensis. homo malus et male famosus. 1266, 20.
- Chæron**, palæstræ magister, ab Alexandro M. tyrannus impositus est Pellena, urbi Æchaïæ. 214, 20.
- Chæronidas** [v. Corsin. F. A. I. p. 359.] Archon tum erat, quum Æschines Ctesiphonti diem diceret, super rogatione coronæ aureæ Demostheni decernendæ. 243, 10. idem est, qui p. 253, 12. Chæronidas, Hegemonis filius, appellatur, et tum fuisse dicitur Archon, cum Aristonicus Demostheni coronam item rogaret auream, teste Plutarcho p. 199. fugebatur honore paullo ante pugnam Chæronensem. Schottus p. 95. ponit eundem ipsam annum, quo illa pugna contigit.
- Chalkedonii** naves Athen. frumentarias sum in portum vi subducebant. 1207, 26. 1211, 27.
- Chalkidenses** in Macedonia cum Olynthiis unam in civitatem coibant. 425, 18.
- Chares** injussu reip. Græcas ad Hellepontum urbes occupabat, et inde piraticam exercebat. 26, 14. v. Tourell. accusatus ab Æschine, defenditur a Demosthene. 477, 18. missis ad bellum Cherrhonesiacum, Kersoblepten et Charidemum ad honestas pacis conditiones adigit. 678, 12. tributi mentio fit p. 1334, 15. quod Chares ab Æniis dicitur exegisse. laudatur, ut vir po-

- pularis. 1482, 5.
- Chariclides archon. 572, 13.
- Charidemus, Ischomachi filius, orbus, ab Æschylo adoptatus est. Ob eum lis Theocrii nata est cum patre Epicharis et Polyucti. 1331, 22.
- Charidemus, filius Stratii, Æensis. 1056, 27.
- Charidemus, imperator Athen. ad liberandum obsidione castrum Heræum cum classe decem navium missus. 30, 1. v. Corsin. F. A. I. p. 350. qui ad annum primum Olymp. 108. refert. patet e loco Demosthenis, Charidemum missum esse anno fere post, quam Philippus illud castrum obsidere cepisset. ob liberalitatem erga remp. coronatus est corona aurea. 264, 25. 265, 18. ubi mentio fit expeditionis ab eo susceptæ adversus Salamina, urbem Cypri. p. 1482, 8. laudatur, ut vir popularis, et tunc dicitur adhuc in vivis superesse. Verum, ut hic idem cum illo fuerit, vix patiuntur temporum rationes, sed necesse est, ut duo sint diversi homines. Nam Charidemus vetustior in illa fuit legatione, legationum ab Athen. ad Philippum missarum omnium facile prima, qua comparatum fuit illud ἀπόρίστην, de quo v. p. 19, 27. de Amphipoli Athen. reddenda, si Philippum in Pydna subigenda adjavisent. Patet hoc e testimonio Theopompi apud Suidam Ἔ. Τί ἐστίν. Legatio hæc evenit, antequam Philippus Potidæam caperet et Olynthiis donaret. Conf. Vales. ad Ilapocr. p. 107. Epistolæ autem Demosthenis scriptæ sunt post mortem Alexandri M. et Charidemus, cujus in illis epistolis fit mentio, socius Demostheni fuit exsili. Curtius III. 5. tradit, Charidemum, ex octo illis oratoribus, quos Alexander M. post versas Thebas ad supplicium depoposcisset, solum exsulasse, atque ad Darium regem se recepisse; verum, cum nimis acriter imperium regium insectaretur, et effrenem in licentiam linguam laxaret, a Dario capite plexum esse. Schottus hunc Charidemum Atheniensem cum Orita, de quo mox, commiscet.
- Charidemus, Orita, ex Eubœa, civitate ab Athen. donatus. Eam oratio tota pæne in Aristocratem dicta insectatur; qui Aristocrates nimios honores huic Charidemo ab Athen. decernendos rogaverat. Studiosum eum P. A. beneque de eo meritum cum nonnulli jactassent hunc Charidemum, Demosthenes contra illa oratione, præterquam quod alia denudat ejus vitia, in primis hoc docere satagit, si quis unquam alius populo Ath. inimicus fuisset, hunc unum Charidemum ei fuisse omnium inimicissimum. tutor et κηδεστής Kersobleptæ fuit, regis Thraciæ. 663, 5. Cotys, Kersobleptis pater, Charidemum, militum mercenariorum ductorem, locare conducentibus copias suas Cherrhoneso expulit. 663, pen. expositio de fraudibus et facinoribus, quibus Charidemus remp. Ath. labefactasset. 670, sqq.
- Charinus, Epicharis fil., Leuconoensis. 927, 21.
- Charinæ rogatio, ut in fraudem legum lata. 1334, 11. ibidem versu 17. proditor appellatur.
- Charisiades. 1304, 26.
- Charisius, Atheniensis, qui sororem in matrimonio habuit. 1304, 26.
- Charisius, Eleus, cujus liberta fuit Nicareta. 1351, 4.
- Chii cum Rhodiis et Byzantinis in societatem congressi, bellum adversus Athenienses gerebant, sociale dictum. 191, 12.
- Chion fuit Archon anno quarto Olymp. 103. ut voluit Palmerius et Schottus, freti loco p. 868, 21. ubi dicitur Kephisodoro successisse. verum ibi leg. videtur Κηφισόδορος Χίωνος, Chionis filius. nam p. 830, 5. Demosthenes ait, anno a fine tutelæ proximo se diem Archono dixisse, qui tutor sui per decennium fuisset. ergo undecimo. atqui sub Polyzelo jam inerat decimus, qui Polyzelus Kephisodorum antecessit, et sub Timocrate, qui Archon vulgo Chioni successor datur, damnatus fuit Aphobus, non possunt ergo duo archontes inter Polyzelum et Timocratem intercessisse. Porro ait Dem. Onetoris sororem Aphobo nupsisse, Polyzelo archonte, et penes eum in matrimonio fuisse biennium, donec sub Timocrate deserti mariti rea scriberetur p. 868, 3. Jam si Polyzelum et Timocratem duo archontes intercesserint, dicenda sit illa mulier triennium penes Aphobum fuisse.
- Chionides Xypetæonensis. 1356, 13.
- Chrysippus, nummularius fœnerator, Phormioni actionem pecuniæ dolose interversæ intentat. 907, sqq.
- Kimon, quod formam reip. mutasset, quinquaginta talentis mulctatus est, parumque abfuit, quin capitis damnaretur. 688, 25.
- Kineas, Thessalus, proditor. 324, 8.
- Kitus, fœnerator. 908, 22.
- Cleanax Tenedius. 1223, ult.
- Cleander, histrio. 1304, 8.
- Clearchus, Spartanus, qui cum Cyro expeditionem adversus Artaxerxem, regem Persarum, suscepit. 197, 25.
- Clearchus, a Timotheo commendatus, ci-

- vitalem Atticam impetravit. 482, 27. forsitan est regulus Heracleæ Ponticæ, quem Diodorus Siculus t. II. p. 109. sublatum ait Olymp. 106, 4.
- Cleo, Cothokides, cum aliis legatis, ad Philippum mittitur, pacis ergo sacramento sancientiæ. 235, 19. aderat Æschini, Ctesiphontem in jus citanti. 244, 5.
- Cleo, Phalereus, senator Areopagiticus. 272, 5.
- Cleo, Suniensis, trierarchus, testatur Demostheni adversus Midiam. 568, 23.
- Cleobula, Gylonis filia, Demosthenis nostri mater. 812, 3.
- Cleocritus, Ruseli filius, CÆnsis. 1055, 26.
- Cleomedon, illius Cleonis filius, qui Lacedæmonios in Pylo captos Athenas duxit in vinculis. 1016, 3.
- Cleomenes, qui copiis Atheniensium, nescio quando et quam ob rem in Ægyptum missis cum imperio præfuit, civitatem incommodis affecit haud mediocribus. 1285, 3.
- Cleon, qui Lacedæmonios in Pylo cepit. 1016, 4.
- Cleon, Cleomedontis filius, illius Cleonis nepos. 1010, 2.
- Cleotimus, Eleus, proditor. 324, 11.
- Clinagoras tum erat sacerdos Delphis, cum Pylagoræ Amphissensibus agri Cirrhæi cultura interdicere. 278, 18.
- Clinias, Clidici filius. 1311, pen. 1312, 22.
- Clinomachus, qui Demosthenem cum Theocrine reconciliavit. 1335, pen. 1358, 8.
- Clitarchus, tyrannus Eretriæ, a Philippo circa annum secundum Olymp. 109. constitutus. 125, pen. 248, 16. 324, 16. ab Atheniensibus expulsus, auctore Demosthene. 252, 5. et 18. [Plutarchus in Phocione, item Diodorus Siculus II. p. 139. auctores sunt, Clitarchum apud Tamynas magna clade fuisse affectum, Olymp. 109, 4.] legatos ejus Athenas missos, et a populo rejectos, atque abire jussos, Æschines domi suæ recepit. 252, 23.
- Clitomacha, filia Midylidæ, Otrynensis. 1083, 13.
- Clitomachus fuit in legatis, qui cum Demosthene in Poloponnesum mittebantur, ad civitates in societatem belli adversus Philippum invitandum (Olymp. 109, 2.). 129, 19.
- Cocalina, vel Cocalina, ancilla. 1357, 1. 1386, 7.
- Conon, pater Timothei, clarus imperator, Adimantum collegam accusavit. 401, 1. res ab eo præclare gestæ. 477, 12. secundum Harmodium atque Aristogitonem, ei primo statua aenea fuit Athenis posita. 478, 5. ob reparata patriæ mœnia cum Themistocle comparatur, eique præfertur. 478, 25. inscriptio donarii e decimis victoriæ Cononi de Lacedæmoniiis parte. 616, 7.
- Conon, Timothei filius, illius nepos. 1020, 8.
- Conon, quem Ariston *aixiaz*, seu verberum et vulnere inflictorum egit reum a p. 1256. ad 1271. fuit generis infimi. 1271, 1.
- Conon Halæcus. 1168, 12.
- Corinthiorum studentes Philippo nominantur p. 324, 14.
- Cottyphus Arcas, ab Amphictyonibus dux belli sacri dictus adversus Amphissenses. 277, 23. 279, 7.
- Cotys, rex Thraciæ. mutata rerum in Thracia facies ab ejus excessu. 623, 18. Simultates et turbæ, quæ eum inter et Miltokydam, alium Thraciæ regulum, intercedebant, et magna potentia, qua Cotys ad nocendum Atheniensibus abutebatur. 655, 1. Miltokyda sublato, Cherrhonesum totam rapiebat, Atheniensesque inde expellebat. 658, 26. civitate et coronis aureis donatus fuit ab Athen. 659, 21. peremptus fuit a Pythone et Heraclide, Ænisi, qui propterea ab Atheniensibus, Cotyn exosis, civitate sunt donati. 659, 26. 674, 20. p. 669, 17. omnium hominum infestissimo odio Athenienses persecutus fuisse. Iphierate, cujus soror penes eum erat, abutebatur initio adversus Athenienses, deinde recusantem cupiditati ejus servire, ægreque ferentem, ab eo Cherrhonesum Atheniensibus eripi, totamque Thraciam occupari, abjiciebat. 663.
- Cratinus, imperator copiarum pedestrium, in Eubœam missarum. 558, 6. v. *Schol.*
- Creon, rex Thebanus, ab Athen. ideo punitus, quod cæcos in bello vetuisset humari. 1391, 13. inde ducta persona tragica. 288, 19.
- Cresphontes, argumentum fabulæ Euripideæ. 288, 19.
- Critias, unus de triginta tyrannis, hoc agebat, ut Ectionea Lacedæmonios acciperet. 1343, 9.
- Criton, homo luxuriosus, prodigus, intemperans. 1025, 18.
- Ctesias, filius Cononis. 1258, 24.
- Ctesibius, filius Diodori, Halæcus, moritur apud Abydum, in castris Thrasymbuli. 1310, 17.
- Ctesicles a populo morte damnatus, quod in solenni quadam processione licentia ludorum abusus, inimicum quandam suum scutica verberasset. 572, 26.
- Ctesiphon, Leosthenis, Anaphlystius, ob decretam Demostheni coronam auream ab Æschine accusatus est, archonte Cheronda. 243, 12. 266, 17. fuit in primis auctoribus pacis cum Philippo

- ineundæ. 344, 21. 346, 21. 371, 15. 442, ult. Deinde rem peragendam Æschini et Philocrati permisit. 371, 15. forsitan hic est, quem Eubulus sacrilegii, seu pecuniarum sacrarum furto intersersarum reum egit. 435, 8. de ætate orationis pro Ctesiphonte locus insignis est apud Plutarch. §. xlv. duos a Dem. commemorari Ctesiphontas, auctor est Harpocrat. h. v.
- Ctesippus Glauconides. 1352, 26.
- Ctesippus, Chabrie filius, quem Demosthenes tuetur orat. in Leptinem. 451, 9. hac de oratione prodit Plutarchus §. æ'. Demosthenem illam causam ageudam suscepisse, ut Ctesippi matri, cujus nuptias ambiret, gratificaretur. verumtamen eam spem irritam fuisse. Sed obloquitur ei Suidas. v. Schott. p. 169.
- Cteson, Kerameus. 1361, 21.
- Kyprothemis, a Tigrane, regis Persarum legato, constitutus Sami tyrannus, a Timotheo ejectus est. 193, 4.
- Kyrebion, Κυρηβίων, interdum vitiose Kerybion dictus, aut frater, aut κνδερτῆς Æschinis [h. e. qui sive sororem Æschinis in matrimonio haberet, sive cujus soror penes Æschinem esset] ὁ κατάρατος Demostheni dictus. 433, 21. v. Epicrates.
- Cyri junioris adversus fratrem, Artaxerxem, expeditio memoratur p. 197, 23.
- Kyrsilum Athenienses, auctorem sibi factum, ut regi Persarum se dederent, saxis una cum uxore et liberis contumularunt. 296, 9.
- Kyzikeni Proconnesum bello affligunt. 1207, 22.
- D.
- Damagetus auctor Byzantinis factus est coronæ aureæ P. A. deferendæ, ob depulsam a Byzantio ejus opera Philippum. 255, 20.
- Damostratus Melitensis. 1310, 6.
- Damostratus junior, illius ex Amythaone nepos. 1310, 11.
- Daochus, Thessalus, proditor. 324, 8.
- Darius, primus, rex Persarum, Datin adversus Græciam mittit. 1377, 5.
- Datis, legatus regis Persarum, adversus Eubæam et agrum Atticum movet, et in campo Marathonio cladem accipit. 1377, 4.
- Demades, orator, cum Philippo facit. 320, 27. auctor fit pacis cum Macedone post cladem Chæronensem. ibid. Aristogiton, actionem in eum parans, accepta pecunia placatus. 784, 17. quum Demosthenes iterum Athenis aufugisset, metu Antipatri et Crateri, qui vi-
- ctores bello Lamiaco facti ad urbem advolabant, Demades lata rogatione Demosthenem capitis damnavit. Plutarch. §. xlv. ad quem locum v. Barton.
- Demaratus Philippi studiosus apud Corinthios. 324, 14.
- Demaretus, Aristæchimi liberorum tutor. 987, 18.
- Demo, patruus Demosthenis, oratoris, pater illius Demophontis, qui fuit in tutoribus parvuli Demosthenis. 840, 10. causam dixit adversus Zenothemium. 881, 27.
- Demochares, Leuconoensis, sororem matris Demosthenis in matrimonio habebat. 818, 3. 836, 17. Conf. Corsin. F. A. II. p. 96, 97. Ruhnken. Histor. critic. orator. Græc. p. 179.
- Demochares, Pæaniensis. 1145, 21. 1147, 11. 1148, 22.
- Democharem nescio quem cædis in fratre Theocritus commissæ peremti frater insinulabat, eumque apud Areopagum accusaturum minabatur. 1331, 7.
- Democlem denunciare instituens Aristogiton aversus pecunia destitit. 784, 22.
- Democrates, Sophili f., Phlyensis, cum aliis legatis mittitur ad Philippum sacramenti ab eo exigendi ergo. 235, 18. fuit, una cum Demosthene, in legatis ad Thebanos, fœderis ergo adversus Philippum conciliandi. 291, 7.
- Democritus, Demophontis f., Anagyrasius, cum aliis ad Philippum missus navium repetendarum ergo. 250, 15.
- Demomeles, una cum Hyperide, subscriptor rogationis Aristonici, de corona aurea Demostheni decernenda. 302, 25.
- Demomeles, necessarius Demosthenis, filius Demonis, cui pater oratoris sedecim minas mutuo dedit. 816, ult.
- Demonicus, Marathonius, e senatu Areopagitico. 272, 6.
- Demonicus, Phlyensis, archon. 265, 5. v. Corsin. F. A. I. 349.
- Demophantus, al. Diophantus. 505, pen.
- Demophilus, trapezita. 1031, 9.
- Demophon, Demonis f., in tutoribus Demosthenis. 814, 15. erant consobrini. nam Demo, Demophontis pater, erat frater Demosthenis senioris. 840, 10.
- Demosthenes, senior, pater oratoris, quæ filio reliquerit, et quomodo de iis per testamentum constituerit. 811, 8. sq.
- Demosthenes, orator, illius filius, geminam a P. A. tulit coronam auream, alteram rogante Aristonico, alteram Ctesiphonte. 253, 4. in expeditione Euboica adversus Thebanos se fuisse ait in numero trierarchorum illorum, qui primi sponte sua trierarchatum susceperunt, 259, 13. legem de classibus, seu consociationibus, pertulit, ideoque accusatus, actore condemnato, absolu-

- tus fuit. 260, 13. Diondas de prima corona aurea Demostheni controversiam cum movisset, causa cecidit. 302, 15. quot patriæ socios, et quantas militumque numerorumque copias, consiliis, legationibus, studiis comparavit, enarrat. 305, 14. sq. curam gessit mœnium reparandorum, et coemendi frumenti, post prælium ad Chæroneam. 309, pen. 310, 2. nominat adversarios, quibuscum sibi ad remp. accedenti certandum fuisset. 310, 9. sæpius a patria, Græcisque aliis civitatibus coronas aureas tulit. 313, 2. laudationem funebrem dicere jussus est in funere publico cæsorum ad Chæroneam. 320, ult. quæ exstetne hodie, nec ne, dubitatur. in secunda legatione ad Philippum captivos Atheniensæ suo redemit. 393, 11. tribui suæ, chorego carenti, choregum ultro se offerebat, tertio anno ante, quam Midiæ diem diceret. 518, pen. 541, 8. adolescentulus erat, quum tutores de male gesta tutela accusaret. 539, 23. legationes a se obitas enumerat, quas omnes sibi prospere ait evenisse. 508, 10. bis ad Philippum legatione functus est. 406, 24. pavor et animus imbellis ipsi est exprobratus. 405, 17. 409, 27. primos a Philippo missos legatos ad spem pacis Atheniensibus injiciendam, magnifice accepit. 414, 10. deserti ordinis ab Euctemone fuit accusatus. 547, 27. suspicione cædis in Nicodemo patræ fuit adpersus. 548, 16. creditus fuit Eubræenses ad defectionem ab Athen. impulsisse. 550, 22. v. *schol.* munera a se edita factosque in remp. sumtus enumerat. 564, 21. sq. septies majestatis, et bis peculatus ab Aristogitone accusatus tamen effugit. 781, 6. a Theocrine accusatus. 1333, 20. insimulatur cum eo colludere. 1335, 24. Theocrines ipsi actionem decem talentis æstimatam remisit. 1336, 6. Aphobustor eum ad hoc pupillum, principem classis constituit, quam personam non subibant nisi ditissimi nique sui ordinis. 836, pen. causæ actoris contra Dionysodorum patrocinatur. 1298, 4. interfuit bello Lamiaco. 1491, ep. ult. de exsilio suo agunt epistolæ aliquot. Demosthenem anno secundo Olympiadis 98. ut tradit Plutarchus, non autem anno secundo Olymp. 99. ut tradit Dionysius Hal. natom esse docet Corsinus F. A. II. p. 139.
- Demosthenes, vetustior, imperator Athen. in bello Peloponnesiaco clarus, laudatur a studio recti et honesti, quod ille gratiæ populari præhabuisse dicitur in consiliis publice dandis. 34, 21.
- Derkyllus e Chalkide nunciavit Atheniensibus, Philippum Phocenses Thebanis tradidisse. 359, ult. in legatione secunda Demosthenis ad Philippum; vidit Æschinem solum e Philippi tentorio noctu excentem. 396, 9.
- Dinarchus, Corinthius, cum Philippo facit. 324, 14. 1491. ep. VI. 7: est ille notus orator.
- Dinias, Theomnesti, socer Apollodori, filii Pasionis. 949, 21. 1118, 16. 1214, 17.
- Dinias, Erchiensis, numeratur in causidicis tum potentibus. 501, 25.
- Dinias Phormidis, Kydantides. 1387, 4.
- Dinon, Nicostrati et Arethusii frater. 1248, 9.
- Dion, nauclerus. 908, 15. 910, 12.
- Dion, Phrearrhius. 270, 13.
- Dio Syracusanus parvis cum copiis juniorem Dionysium evertit. 506, 24.
- Diocles Pitthensis magnas cum Iphicrate similtates exercuit. 534, 23. dubito, idemne sit, qui p. 570, 27. dicitur in Eubæa factis induciis (vel pace) cum Thebanis Euboicum illud bellum finisse, item, cujus lex recitatur p. 713, 19.
- Diodorus Halænsis. 1310, 17.
- Diodorus, qui Aristoni contra Cononem testatus est. 1266, 27.
- Diodorus, ab Androtione parricidii accusatus, sed absolutus, vicissim ipsum *παγαγόμων* accusavit, oratione tota in eum invehente. 593, sq. causæ hujus series narratur p. 702. ubi idem Diodorus Timocratem quoque insectatur.
- Diogiton, Acharnensis. 1360, 11.
- Diognetus, homo dissolutus et perditus. 992, 26.
- Diognetus, Thorikius, testatur Demostheni adversus Thrasyllochum. 541, 6.
- Diomenes, Cydathenænsis. 1387, 3.
- Diondas super prima corona aurea Demostheni movit controversiam, sed frustra, conatus ei eripere. 302, 15. 310, 10. Corsini F. A. I. p. 362.
- Dionysius, Siciliæ tyrannus, ab Athen. civitate donatus est. 161, 11. primitus fuit scriba, hoc est minister publicus. 506, 21.
- Dionysius junior a Dione circumventus, est imperio exsutus. 506, 22. Olymp. 106, 1.
- Dionysius, Democratidæ, Chollidensis. 929, 26.
- Dionysius, Aphidnæus, testatur Demostheni in causa cædis Nicodemi. 549, 22.
- Dionysius aliquis Atheniensis numeratur in sceleratis, qui corrupti largitionibus, patriæ commoda vendiderunt. 398, 3.
- Dionysius, fortasse Megarensis, conditione servili natus, fraude impetravit quorundam Athenis potentium, ut proxenus Atheusiensis, seu procurator, in urbe sua scriberetur. 497, 7.

- Dionysodorus, negotiator, in quem est actio p. 1282, sq.
- Diophrantus testis a Demosthene adversus Æschinē productus. 403, 11. forte idem, qui in claris et potentibus oratoribus numeratur. 436, 13. erat factionis princeps. 498, 26. lex ejus, illi, qui in defendenda populi libertate cecidisset, pares decernens honores, atque Harmodio et Aristogitoni. 505, pen. Psephisma ejus, de supplicatione, ut videtur, instituenda ob victoriam nescio quam. 368, 6. videtur hic ille esse, quem Diodorus Siculus II. p. 119. Ol. 107, 3. operam ait egregiam regi Persarum in bello Ægyptiaco navasse.
- Diopithes, imperator Ath. deducere coloniam in Cherrhonesum jussus, a reliquis Cherrhonesitis cum admissus esset, a solis Cardianis rejiciebatur [id quod factum est post pacem Philippo cum Athen. conciliatam. 91, 15. 114, 15.], quem incolent agrum, cum suum aientibus esse, et Atheniensibus in eum juris quicquam esse negantibus, et in Philippi fidem sese deditibus. Quapropter, Philippo in Thracia bellum gerente, et domo absente, Diopithes Macedoniae oram maritimam depopulatus est. qua de re in judicium vocatus a Demosthene orat. de rebus Cherrhonesi defensus est. 88, sq. Philippi de ipso. in epistola quadam querelæ. 159, 10. eorum nonnulla suasit, quæ Athenienses inviti Philippo concesserunt. 248, 9. Hunc Diopithem Tourellus, nescio qua fretus auctoritate, Menandri, clarissimi fabularum scriptoris, patrem facit.
- Diopithes, Melitensis. 1361, 20.
- Diotimus, Diotimi, Icarientis, homo improbus et infamis. 1266, 19. 1267, 20.
- Diotimus reip. scuta donabat. 264, 24. post pugnam ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ. 265, 20. forte idem est cum proximo Evonymense.
- Diotimus, Evonymensis, homo dives, et Midiae studiosus. 581, 15. laudatur, ut civilis et popularis. 1482, 5.
- Dolopes in exemplum proponuntur populi miserabilis et contemnendi. 246, 2.
- Dorotheus, Eleusinius. 1358, 7.
- Draco sævus in statuendis homicidiorum pœnis. 505, 12. 636, 11. 1161, 3.
- Dracontides. 861, 26.
- Drosis, ancilla Næaræ. 1386, 8.
- Dysniketus, al. Dyskinetus, archon. 1132, 25.
- E.
- Ephantus, Thasius, adjunctus a factione sua, Thasum a Lacedæmoniorum præsidio liberatam, potestati restituit Atheniensium, eoque effecit, ut hi Thracia potirentur. 474, 26.
- Elei Triphylum, ab Arcadibus sibi ereptam, Pisatarum auxilio subnixis [v. Simson Olymp. 104, 1.], repetebant. 206, 5. ex hoc populo studiosi Philippi nominantur p. 324, 10.
- Elpias, ludimagister, cui servisse Tromeitem, Æschini patrem, ait Demosthenes. 270, 7.
- Epænetus, Andrius, amator Næaræ. 1366, 26. lis, quæ ei cum Stephano fuit, narratur. ibid. et sqq.
- Eperatus, Tenedius. 1223, ult.
- Ephialtes [quod nomen alias est numinis, Pani similis, Latini Incubonem appellant. v. Artemidorum], pater Iphicratis, imperatoris, quem Ephialten Plutarchus, recti et honesti studio, Aristidi atque Cimoni æquiparat. §. 18. v. Barton. Sed fuit alius quoque, quem Alexander M. post Thebarum excidium una cum Demosthene aliisque quinque, aut septem oratoribus, ad supplicium deposecit. Plutarch. §. κγ'. qui forsitan ille est, quem Demosth. p. 1482, 6. commemorat. v. Barton. bene duos Ephialtes distinguit, quorum hic posterior Olymp. CXI, 3. eruptione ex Halicarnasso in Macedonas facta periit.
- Epikerdes, Coreyræus, Atheniensibus magnam illam in Sicilia cladem passis, centum minas dono dedit, et rursus talentum exsulibus bellum adversus triginta tyrannos gerentibus. 469, 16. sq.
- Epichares, avus illius Epicharis, vel Epicharetis, qui in Theocrinem dixit, pueros in ludis Olympiis stadio vicit, eoque gloriam patriæ peperit. 1342, ult.
- Epichares, illius nepos, causam adversus Theocrinem egit. 1322, sq.
- Epichares, Sikyonius, Philippo addictus. 324, 13.
- Epicrates, ob legationem male gestam morte mulctatus, vir alias probus, et ex iis, qui populum in Urbem reduxere. 430, 4. v. Harpocr. qui tres cognomines commemorat.
- Epicrates, quem Demosthenes, seu quisquis auctor est libelli amatorii, laudavit. 1401, sq.
- Epicrates. 708, 23.
- Epinicus. 1491, ult.
- Epitimus, in quem Aratus ἐνδείξας actionem instituit. 1489, penult.
- Erasicles, gubernator navis. 929, 13. 934, 15.
- Erechthæus, heros eponymus tribus Erechthidarum. 1397, 17.
- Ergocles peculatus aut largitionum reus. 398, 3.
- Ergophilus ejusdem criminis reus. 398, 2. videtur idem esse cum commemorato p. 655, 2. cui classem Atticam in Thra-

- cia cum imperio supremo tuendi, Autocles successor fuit missus.
- Ἐρυμᾶς ψιδυριστῆς, Herma quidam Athenis, sic dictus. 1358, 7.
- Eryxias, medicus, e Piræeo. 898, 9.
- Eryximachus, Chabriæ κηδεστῆς, hoc est, ni fallor, gener. 1016, 1.
- Εἰρων Βαοτόμ aliquem ob acceptam plagam interemit. 537, 20. quapropter ignominia notatus, seu capite minutus fuit. 538, 23.
- Evagoras, rex Cypri, ab Athen. civitate donatus fuit. 161, 11.
- Evander archon fuit, non multo ante orat. in Timocratem dictam. 743, 18.
- Evander, Thespiensis. 571, 20.
- Enbœenses, a Thebanis, Leutrica victoria tumidis, vexatos liberat populus Athen. 11, 10.
- Eubulides, qui Euxitheum peregrinitatis accusavit p. 1299, sqq. tota illa oratione. Possitæ per temporum rationes Demosthenes hanc orationem scripsisse dici, an credibilis sit, id quod fuit qui perhiberet, a Lysia eam profectam esse, quærens Taylor, negat quicquam obstare, quominus in Demosthenicis habeatur. Orationum haud paucarum, quas constet Demosthenicas esse, dictionem Lysiæ tam esse simillimam, ut discerni auctores ex illa nequeant. Denique scholia in hanc orationem edita Didymo tribuit.
- Eubulides, Buseli filius. 1053, 16.
- Eubulides, illius e Phylomache filia et Sositheo nepos. 1053, 14.
- Eubulides, testatur Demostheni. 1335, ult.
- Eubulus, Anaphlystius, clarus orator, commendavit Atheniensibus pacem cum Philippo, a Philocrate propositam. 232, 14. 248, 8. una cum aliis mittitur ad Philippum, sacramenti ergo ab eo repetendi. 235, 17. studet Thebanos in belli societatem adversus Philippum pertrahere. 281, 18. erat princeps factionis Athenis. 498, 27. studebat Midie. 580, 24. adversabatur Demostheni. 581, 7. de actione ejus adversus Aristophontem v. Schol. ad p. 584, 14. erat Æschinis et Philippi studiosus, et pro cognatis, Hegesileo et Thrasybulo, dicere cum recusasset, nullus dubitavit pro Æschine dicere. 434, 13. auctor fuit auxiliorum Plutarcho mittendorum, Eretriæ tyranno, quæ auxilia missa fuerunt eodem Hegesileo duce, quem postea capitis causam dicentem destituit. Schol. ad illum locum. causæ Philonici fuit implicatus. 434, 21. Philippo infestum simulans animum, tamen clam studebat. 435, 2. Mæroblem et Ctesiphontem accusavit. 435, 6. et 8. rogationem tulit de legatis in Peloponnesum mittendis, qui civitates adversus Philippum armarent, quam rogationem Æschines secundavit. 438, 23. Eubulum in causa fuisse, ut Æschines in judicio legationis flagitiose actæ absolveretur, perhibet Photius.
- Eubulus Probalisus. 1361, 20.
- Eubulus, Mnesithei filius, Cyprius, rogationem fert de legatis ad Philippum mittendis, navium ergo ab eo repetendarum. 249, 13.
- Eubulus, nescio qui, Tharrheca et Smikythum accusavit. 401, 1.
- Eucalpidas, Arcas, proditor. 324, 9. Pausanias Eucampidam nominat.
- Euclides, quo Archonte libertas restituta fuit, et a cujus magistratu novam quasi periodum orditur jus civile Athen. 713, 19. leges Euclide vetustiores, ætate Demosthenis in antiquis, et pæne antiquatis. 742, 1. juniores. 742, 11. 1067, 14. 1307, 25.
- Eucrates, Leucadius, amator Neæræ. 1354, 12.
- Euctemon, Sphettius, Demostheni adversus Midiam testatur. 568, 24.
- Euctemon, filius Ebulidis, Cænsis, rex sacrorum. 1063, 27.
- Euctemon, Æsionis, ob liberalitatem in remp. laudatur. 567, 26. nescio, hic, an alius sit is, cui cum Androtione negotium fuit. 607, pen. 608, 15. accusatus ab hoc, cum esset absolutus, rursus eundem accusavit in negotio navis Naucraticæ. quæ causa p. 701, sqq. multis agitatur.
- Euctemon, Lusiensis, sycophanta, instigatus a Midia, Demosthenem deserti ordinis castrensium accusavit. 547, ult. a levitate animi appellatus fuit κοισπράτης. ibid.
- Euctemon, quo Apollodorus, Pasionis filius, trierarchatu fungens, usus fuit pentecontareho. 1212, 5.
- Eudemus, Kydathenæensis, extremo supplicio affectus, ob legem ab eo latam, quæ displicuerat. 743, 17.
- Eudemus, ut videtur, alius, vir popularis. 1482, 6.
- Euderkes, obscurus homo, nullum ob meritum, ex auctoritate Aristocratis, civitate donatus. 688, 11.
- Eudicus, Larissæus, Philippo Thessaliam prodidit. 241, 27.
- Eudoxus, vir popularis. 1482, 6.
- Evegori lex de libertate Liberalium et Thargeliorum. 517, 24.
- Evergus, quem falsi dicti testimonii arguit oratio. 1139, sq. frater Theoplemi. 1149, 15. forte idem est, qui cum Pantæneto de pecunia credita egit p. 967.
- Eumelides. 1187, 21.
- Eumolpi exercitus ab Athen. fusus. 1391, 4.

- Eumolpidarum** de gente erant Hierophantæ. 1385, 6.
- Eunicus**, Cholargensis. 1312, 13. 1320, 9.
- Eunomus**, Anaphlystius, Ceryx. 283, 8.
- Eunomus**, frater Æschinis. 379, 16. significatus. v. Schott. p. 82.
- Euphemus**, socer Mantitheï. 1011, 26.
- Euphiletus**, Damotimi, Aphidnæus. 934, pen.
- Euphiletus**, Simonis, Æxonensis. 1353, 1.
- Euphræi** narratur adversa fortuna, qui quod Oritis perniciosas machinationes amicorum Philippi prodidisset, in carcerem conjectus, ipse sibi manus violentas intulit. 126, 6.
- Euphræus**, al. Euphoræus, nummularius Athenis. 948, 16. videtur servus, aut libertus Pasionis fuisse, aut saltem mensæ sœnebris consors. 1197, 11.
- Euphron**, nummularius. 948, 17.
- Eupolemus**. 1052, 9.
- Euripides**, Polycelis in trierarchatu collega. 1227, 12.
- Euripidis** poetæ Phœnix citatur. 418, 2.
- Eurybatus**, proditor, cujus perfidia in proverbium abiit. 233, 8.
- Eurydamas**, Midia filius, Neæram pro amica secum per Thessaliam ductavit. 1382, 6. videtur Magnes fuisse.
- Eurylochus** a Philippo cum præsidio ad Eretriam missus, ad compendendum Eretrienses, pristinae libertatis recuperandæ cupidus. circa ann. 2. aut 3. Olymp. CIX. 126, 1.
- Eurymachus**, Leontiadæ, Thebanus, Bœotarcha cum esset, auctor suis factus est, ut Platæas, subito oppressas, Lacedæmoniiis proderent. 1578, 21.
- Eurystheus**, rex Argivus, illo sævus et implacabilis Herculis et Heraclidarum exagitator. 1391, 10.
- Euthetion**, Kydathenæensis. 1356, 15.
- Euthycles** tum erat Archon, cum, rogante Ctesiphonte, corona aurea Demostheni decerneretur. 266, 16. Olymp. CX. 2. Corsini F. A. I. p. 362.
- Euthycles**, cui Demosthenes orationem in Aristocratem scripsit, interfuit, cum imperio trierarchi, expeditioni in Hellespontum, et ante illam causam jam alios accusaverat fraudum in rep. reos. 622, 27.
- Euthycrates**, Olynthius, patriam Philippo cum prodidisset, ab eo misere est sublatus. 99, 22. 426, 2. 451, 1.
- Euthydemus**, Stratoclis, laudatur ob liberalitatem erga remp. 567, 26.
- Euthydemus**, Phlyensis, fuit in legatis ad Philippum in castra ad Elateam missis, quo inducias ab eo impetrarent. 282, 22.
- Euthydemus**, Pamphili filius. 1015, 19.
- Euthydicus**, medicus. 1018, 10.
- Euthymachus**, Otrynensis. 1083, 4.
- Euthymus**, luctator. 537, 14.
- Euthyphemus**, scriba iudicii mercantilis. 1324, 10.
- Euxitheus**, Thucriti f., Halimusius, actor causæ adversus Ebulidem, a quo peregrinitatis accusatus fuerat. 1299, sq. 1311, 18. fuit aliquando sui demi, seu municipii, magister, et magistratum ita gessit, ut decreto scripto laudaretur. verum acerbitate exactiois debitorum nonnullos municipalium in se irritaverat. 1319, 1.
- Euxitheus**, Chollidensis. 1260, 2.
- Euxitheus**, Timocratis f. 1311, 1.
- Euxitheus**, Eleus, proditor. 324, 10.
- Exekestus**, medicus. 379, 16.
- Exekestus**, Lampsacenus, qui Philiscum, tyrannum patriæ, interemit. 666, pen.

G.

- Ganymedes** formæ nobilitatis excellentia. 1410, 20.
- Gelarchus** populo Atheniensi, e Piræco reditum in Urbem paranti, quinque talenta crederat, quæ populus ei per Aristophontem reddidit. 502, 17.
- Glauketes** ad Mausolum legatus, ipse tertius, mittitur. 703, 21. crimina ejus exponuntur. 740, 24. fuerat Lacedæmoniiis et XXXtyrannis deditus. ibid. præfuit thesauro in arce sito. 741, 4. nescio, idemne sit
- Glauketes**, Kephisiensis. 1358, 27.
- Glaucon** et **Glaucus**, fratres, Cæenses, falsum testamentum subjiciant, per quod tentabant in Hagnia hereditatem irrepere, sed fraudis convincuntur. 1051, 13.
- Glauco** psephismatis rogator, quo legatio ad Kersobleptam mittenda decernitur, quæ Thracem ad æquas fœderis cum P. A. conditiones adigeret. 678, 3.
- Glaucothea**, mater Æschinis. 270, 24. 320, 15.
- Glaucus**, Cæensis. 1051, 13.
- Glaucus**, Carystius, athleta, victor Olympiacus, ætate Demosthenis vetustior. 331, 2.
- Gorgopas**, imperator Lacedæm., a Chabria in Ægina peremptus. 479, 26.
- Gylon**, maternus avus Demosthenis. 836, 18.

H.

- Habron**, Buseli filius. 1055, 26.
- Habronychus**, Aristotelis filius, Pallenen-sis. 1083, 21.
- Hagnias**, Cæensis, Buseli filius. 1050, sq.
- Hagnias junior**, illius e Polemone filius, super cujus hereditate certatur. 1050,

- sq. tota illa oratione.
- Hagnias**, nescio qui, trierarchus. 1219, 18.
- Hagnophilus**. 1157, 13.
- Halirrothius**, Neptuni filius, cujus de cæde coram Areopagitico senatu Marti dicenda fuit causa. 641, 26.
- Harmodii et Aristogitonis**, tyrannicidarum, posterius immunes erant, verumtamen non eorum munerum, quibus patriæ sulus contineretur. 462, 19.
- Harpalus Amphipolarum** obsides Iphicrati tradit. 669, 10.
- Harpali**, ejus, qui Alexandri M. thesauros compilavit, causæ obnoxium se negat esse Demosthenes. 1470, 22. sq. Plutarch. §. xē. Schottus p. 123.
- Hedylus**, filius Pamphili. 1015, 18.
- Hegemon**, orator de factione Philippi. 320, pen. eum a se denuntiatum Aristogiton, nummis placatus, dimisit. 784, 16.
- Hegesileus**, Eubuli cognatus, qui pro illo, ob rem in Eubœa male gestam capitis accusato, dicere noluit. 434, 16. copias Athen. in Eubœam duxit, quas eo mitti contra Plutarchum tyrannum Eubulus suaserat. *Schol.* ibid.
- Hegesippus**, orator, Demostheni æqualis, quicum legationem ad Philippum obiit, vehementerque factioni Macedonicæ obstitit. quo factum est, ut ab eo scripta feratur oratio de Haloneso: 75, pen. obiit item cum Dem. legationem ad civitates Peloponnesiacas, quo eas adversus Philippum accenderent. 129, 18. forsitan idem est, cujus Dem. sæpe mentionem facit p. 364. primus dissuasit pacem cum Philippo. *Schol.* ibid. tam parum acceptus Philippo fuit, ut rex Xenoclidem, hospitem ejus, ideo, quod eum recepisset, Macedonia jusserit excedere. 447, 9. cognomine probro Crobylus fuit appellatus, ut auctor est Harpoer.
- Hegestratus**, nauclerus Massiliensis, misere periit in undis, culpa suamet p. 883.
- Heliiodorus**, Pitthensis. 927, 23.
- Helixus**, Corinthius, Philippo deditus. 324, 15.
- Heraclodorus**, ad quem scripta est epistola V. Dem. p. 1489. sine. videtur caudicus nobilis et potens fuisse. ibid. fort. non Athenis, sed aut Corinthi, aut alibi locorum.
- Heraclidæ** ab Atheniensibus defensi et in patris regnum restituti sunt. 290, 23. 1391, 8.
- Heraclides Byzantium**, ejecto Spartano præsidio, Thrasymbulo et Athen. tradidit. 475, 3.
- Heraclides, Ænias**, una cum fratre Pythone, Cotyn, Thraciæ regem, peremit. quapropter ambo fratres a P. A. civitate donati sunt. 659, 27.
- Heraclides**, trapezita. 894, 15. 1171, 1.
- Hermæus**, trapezita in Ægina. 953, 19.
- Hermogenes**. 1157, 22.
- Hermion**, gubernator navis, qua Lysander, imp. Spartanus, vehebatur, qui cum ducentarum navium classem Athen. ad Ægospotamos cepit. 691, 5.
- Hermonax**. 988, 4.
- Heropythies** archon tum erat, quum Philippus Elateam occuparet. 282, 7. et 25. Olymp. CX, 2. Corsin. F. A. I. p. 364. sq.
- Hesiodi** locus recitatur. 417, 2.
- Hierax et Stratoeles**, legati Amphipolarum ad Athen., patriam a Philippo vexatam Atheniensibus in fidem dabant. sed repudiabantur. 11, 11.
- Hieronimus**, Arcas; proditor. 324, 9. adversus eum, Philippi partes tuentem, dixit Æschines ad Megalopolitanos. 344, 14.
- Hipparchus**, histrio. 1353, 15. tribu Athmonensis. 1354, 6.
- Hipparchus** cum duobus aliis a Philippo Eretriæ tyrannus imponitur. 125, 27. 324, 16.
- Hippias**, Timoxeni, Thymætades. 934, pen.
- Hippias**, Athenippi, Halicarnassensis. 929, 18. 934, 4.
- Hippias**, coquus Charisii. 1351, 5.
- Hippocrates**, orator, rogationem tulit de Plataënsibus civitate Attica donandis, cum patria sua a Lacedæmoniis ejecti essent. cujus rogationis formula habetur p. 1380, 22.
- Hipponici** gens; unde fuit Alcibiades, meritis in remp. inclaruit. 561, 20.
- Hipponicus** a Philippo missus cum mille mercenariis Eretriam occupavit. 125, 24.
- Hippothon**, eponymus Hippothontidarum. 1398, 27.
- Homeri** loci recitantur. 1398, 10. 1409, 2.
- Hyacinthides** a patre Erechtheo pro patriæ salute diis sunt immolatæ. 1397, 18.
- Hyblesius**, navicularius, mercibus per mare aliunde alio transvectandis in navibus suis quæstum faciens. 926, 8. 934, 15.
- Hyperides**, Cleandri filius, Sphettius, in locum Æschinis, rejecti, a P. A. delectus, qui causam templi Delphici pro populo diceret. 271, pen. fuit una cum Demosthene legatus ad Thebanos, fœderis ergo cum iis adversus Philippum contrabendi. 291, 6. dictavit illam rogationem, quam tulit Aristonicus, de corona aurea Demostheni danda. 302, 26. Philocratem accusavit. 376, 17. post pugnam ad Chæroneam auctor fie-

-bat, ut caput minutis redderetur; cui rogationi Aristogiton frustra intercessit. 803, 27. adversus Thooerinem testatur. 1333, 15. de ejus exitu v. Plutarch. §. κη'. v. Barton.
Hyperides, Callaschri filius. 273, 6.

I.

Iason, Phœrens, fœderatus Athen., intercedit pro Timotheo, imperatore, capitis accusato. 1187, 15. ejusque rei causa ipso Athenas venit. 1190, 23.

Iatrocles narrat Demostheni, quid Æschines egisset, cum convivio cuidam in Macedonia interesset. 402, 22.

Idrieus, Carie dynasta, post Mausolum et Artemisiam. 63, 17.

Illyriorum bellum cum Philippo. 13, 4.

Iphiadis filius pro Sesto obses erat apud Charidemum, quem obsidem cum Athen. dediturum recepisset Charidemus, postmodum denegavit. 679, 18. et pen.

Iphicrates, Ephialtæ filius, imperator Ath. in bello Corinthiaco. 46, 20. Moram Laced. concedit. 172, 26. 686, 22. Olymp. 96, 4. v. Simson A. M. 3612.

ab eo commendati Strabax et Polystratus a P. Athen. honorantur. 482, 25. magnas cum Diocle inimicitias exercuit. 534, 22. laudatur. 534, 26. memorabile ejus testimonium, quanti faceret fidem Lacedæmoniorum. 659, 8. quod testimonium Iphicratis esse, cum aliis negat Taylor. fuit κηδεστῆς Cotyos, regis Thraciæ, hoc est penes se in matrimonio habuit sororem ejus; quo factum, ut regi secundior, quam reip. esset; a quo tamen malam retulit gratiam. quapropter e Thracia auggiens, domumque redire metuens, Antissam concessit habitatum. 663. pæne tota. successor ei missus est Timotheus. 669, 7. quem Iphicrates majestatis accusavit. 1187, 7. 1188, 10. verum ex acerrimis simultatibus reconciliati, necessitudinem inter se contraxerunt. 1204, 15. decessit Olymp. CX, 2.

Ischander, histrio, Neoptolemi actor secundarum partium. 344, 7. nescio, ideme, an alius sit is, qui p. 438, 11. dicitur, ab Æschine ad concionem productus, simulasse, se ab Arcadibus ad P. Athen. missum venire.

Isocrates, rhetor. 928. 6. doctrinæ mercedem exigebat millenas drachmas. 938, 16. memoratur. 1240, 7. consuetudo ejus mores Timothei, Cononis filii, haud parum emendavit. 1415, 7.

Isthmias, meretrix. 1351, 16.

L.

Lacedæmonius (nomen id proprium est), cujus sororem cum Ebulides impietatis accusasset, rejectus est. 1301, 16. 1360, 9.

Lacedæmoniorum legati, exsules Athenienses ab Argivis reposcentes, Argis excedere ante solis occasum jubentur. 197, 5. quapropter Athenienses in bello ad Mantineam eos defenderunt. 205, 1.

cujus rei auctor Atheniensibus fuit Calistratus. 1353, 19. nil valent adversus Olynthios, a quibus magnas clades accipiunt. 425, 21. summa eorum potestas penes paucos erat. 489, 19. habebantur veteratores, eoque fides eorum erat suspecta Iphicrati. 659, 7. quare Lacedæmonii odiis tam acerbis et inter necinis insectati sint Platæenses, ut ante, quam hos delevissent, non desisterent. 1377, 23. sq.

Laches, Melanippi pater, homo frugi habitus, oratori tamen suspectus, ab eo que peculatus tecte insinulatus est. 740, 21.

Laches, illius nepos, Melanopi filius, e carcere, in quem ob peculatus crimen conjectus fuerat, ob Alexandri M. deprecationem, emissus. 1480, 9. et 25.

Lacritus, sophista, Phaselita, quem æris debiti non soluti postulavit Androcles fenerator a p. 923. ad 943. eloquentia, quam sibi arrogabat, et Isocrate magistro fidebat atque superbiebat p. 938. tota. Hujus Lacriti familiarem et discipulum fuisse Archinum Thurium, illum nomine τοῦ φυγαδιστῆρος infamem, haud improbabiliiter conjicit Barton p. 202.

Lampis ab exercenda re navicularia factus Græcorum ditissimus, et de Æginetis optime meritis, nihil tamen ab iis invenit, præter τὴν ἀτέλειαν, seu immunitatem a tributo inquilinorum. 690, ult. 905. et oratione tota in Phormionem.

Laomedon. v. Leodamas.

Lasthenes et Euthyrates, Olynthii, cum patriam Philippo prodidissent, ab eo misere interempti sunt. 99, 22. 128, 8. 241, 25. 425, ult. 451, 2.

Leander, histrio. v. Cleander.

Legatio Atheniensium in Peloponnesum, paulo post Olynthum captam, auctore Eubulo, ab Æschine obita, ad civitates adversus Philippum concitandas. 438, 23. sq. 439, 8.

Legatio Demosthenis ad Philippum gemina, cum Æschine socio, prima ad constituendum de pacis conditionibus, statim ab Olyntho capta. 72, 24. 345, 3. altera, pace jam conducta et constituta, ad jusjurandum ab eo exigendum, quo

- pax decreta confirmaretur. 72, ult. 346, 6. et deinceps sæpissime, ut e. c. p. 392. sq. tertiam ambo, ipseque Demosthenes, et Æschines, ejurarunt. 378, 14. 379, 11. 395, 9. secunda legatio contigit, priusquam Philippus Eubœam per homines sibi addictos occuparet Olymp. 108, 2. Plutarch. §. 17. v. Baron.
- Legationes Demosthenis ad Peloponnesios intercessere, quominus Philippus peninsulam hanc raperet. 129, 16. 252, 1. ubi etiam legationes commemorantur, quarum auctor fuit Demosthenes.
- Legatio Dem. ad Argivos et Messenios multo post Olynthum captam, at non multo tamen post pacem cum Philippo contractam, evenit. 70, 25. 71, 6. ubi notanda est dictio *πρὸς τὸν χεῖρον*, indicans, eo tempore, quo Demosthenes aũ Messenios illa verba faciebat, Olynthum jam dudum in ruinis jacuisse. Sed Philippica secunda, cui inserta est ista particula orationis ad Messenios, dicta est anno quarto Olympiadis CVIII. ergo necesse est, ut illa ad Peloponnesiacos legatio in annum, aut tertium, aut quartum, ejusdem Olympiadis inciderit.
- Leo Timagoram, cui comes legationis ad regem Persarum quadriennio fuerat, redux factus, accusavit. 400, pen.
- Leochares, in quem agit or. p. 1080. ad 1100.
- Leonoræ, seu filia Leonis, se dedunt ultro pro salute patriæ immolandas. 1398, 5.
- Leocrates. 1028, 20. et deinceps.
- Leodamas, Acharnensis, caudicibus tum clarus et potens. 501, 23. erat in advocatis legi Leptinis. ibid. Chabriæ datos honores eripere frustra laboravit. 501, pen.
- Leodamanti, nescio, an eidem, præfecto classis Atticæ frumentariæ, naves Philippus ademit per Amyntam, imperatorem suæ classis. 249, 14. verum aliis in codicibus, et in ipsa Philippi epistola, p. 251, 3. *Laomedon* appellatur. Evenit anno quarto Olymp. CIX. Cor. sin. F. A. I. p. 353.
- Leonidas, ad Thermopylas adversus Xerxen pugnans, una cum parte dimidia Platænsium occubuit. 1377, 15.
- Leontidæ, tribus Athen., quorum eponymi, ejusque filiarum, historia attingitur p. 1398, 4.
- Leostratus Eleusinius. 1083, 8.
- Leptines rogationem tulerat, ut nemini munerum publicorum sumtuosorum functione vacare liceret. Hanc rogationem impugnat or. a p. 457. ad p. 508.
- Leptines, ὁ ἐκ Κάλυκ. 611, 22.
- Leuceon, rex Ponti, civitate Attica donatus. 466, 12. ob privilegium negotiatoribus Athen. indultum, ut frumento Pontico naves suas ante omnes implerent, et vectigalium essent immunes. 466, 27. alia ejus præclara de P. A. merita enumerantur. ibid.
- Lous, mensis Macedonicus, respondens Attico Boedromioni. 280, 12.
- Lykidas, molitor pistrinarius. 1251, 4.
- Lykidas, Chabriæ quondam servus, dolis impetraverat, ut proxenas Atheniensium (apud Messenios, ut videtur) constitueretur. 497, 7. et 15.
- Lykinus, Pallenensis, Archon. 1223, 2.
- Lykiscus, Archon, quo honorem gerente probati sunt thesmothetæ omnes, propterea, quod Theocrinis frater in eorum esset collegio, qui consiliis fratris regeretur. 1330, 24.
- Lycon, Heracleota, de cujus hereditate controversia nata est inter Callippum et Apollodorum Pasionem. 1236, 11. sq.
- Lyconis mentionem fieri in or. pro corona, perhibet Athenæus p. 486, 1. quem locum non reperio.
- Lycurgus, orator, una cum Demosthene legationem ad civitates Peloponnesi obiit, adversus Philippum commovendas. 129, 19. habuit primas partes in actione in Aristogitonem. 770, 2. 773, 26. tota epistola tertia p. 1474, sq. laudat Lycurgum, et increpat Athenienses, qui filios viri fortis optimeque de rep. meriti, carceri mandassent, unde eos emitti rogat.
- Lysander, imperator Spartanus, rem Atheniensium navalem, et totum imperium funditus evertit ad Ægos potamos captis ducentis eorum navibus. 691, 6.
- Lysias, orator, Kephali filius, Metaniræ amator. 1351, 23.
- Lysimachus, virum, ut antiqua illa tempora ferebant, probum et honestum, quomodo cives honoraverint. 491, 26. fuit Aristidis, justi dicti, filius. *Schol.* ibid. et Vales. ad Harp. p. 121.
- Lysimachus, Lysippi, Ægiliensis. 1387, 4.
- Lysinus. 949, 6.
- Lysippus, Crioensis. 1083, 11.
- Lysistratus, Thorikias. 1023, 23.
- Lysistratus, Aristoni testatus in causa verberum, adversus Cononem. 1266, 26.
- Lysithides, in ditissimis Athenis ætate Demosthenis. 565, 13. accusatus ab Euctemone, tanquam habens penes se prædam navis Naucraticæ, ab Androthione ejusque collegis legationis in Cariam captæ. 703, 14. a Callippo arbiter inter se et Pasionem delectus. 1240, 7. ubi Isocratis et Apharei familiaris dicitur.

M.

- Macartatus**, avunculus illius Macartati, in quem agitur, Prospaltius. 1066, 2.
- Macartatus**, Theopompi filius, in quem agit oratio a p. 1050. ad p. 1079.
- Manes**, servus Arethusii. 1253, 6.
- Mantias Thorikius**, pater Mantitheï ex uxore legitima, et Bœoti, e Plangone concubina, a qua circumventus et coactus est spurium pro vero filio suo agnoscere atque adoptare. 993. circa fin. et totis duabus insequentibus orationibus, ambabus a Mantitheo dictis in Bœotum, altera pro nomine Mantitheï retinendo, neque permutando, altera pro dote matris recuperanda, ad p. 1026.
- Mantitheus**, illius Mantix filius, cujus de gemina actione adversus Bœotum, fratrem spurium, modo commemoratum est, iisdem locis.
- Mardonii**, Persæ, a Xerxe in Græcia relictus, et in prælio ad Platæas cæsi, acinaces in thesauro Minervæ servabatur. 741, 7. 1377, 20.
- Maronitas** et Thasios de Stryma altercantes, litem arbitris permittere. 163, 13. una cum Abderitis proponuntur in exemplum civitatum ignobilium et contentarum. 218, 11.
- Mausolus**, Carix dynasta, per optimates Rhodi libertatem oppressit. 191, 15. legationis ab Athen. ad eum missæ fit mentio. 703, 22.
- Medeus**, v. Midius.
- Megaclidi Eleusinio** causa est cum Lycone Heracleota. 1241, 27.
- Megalopolitani**. v. ind. geograph.
- Megarenses**, quod Anthemocritam Atheniensem sustulissent, ab Athen. mysteriis prohibiti, et per tabulas publice fixas pro hostibus Athen. et pro infamibus sunt declarati. 159, 19. bellum adversus eos decretum, quod τὴν ἱερὰδα, agrum consecratum, sibi vindicassent. 175, 24. tanti fecerunt jus suæ civitatis, ut Lacedæmoniis id Hermoni poscentibus, cujus opera potissimum factum esset, ut Lysander ad Ægospotamos classem Atheniensium caperet, denegarent, nisi ipsi quoque eundem Hermonem civem Spartanum crearent. 691, 4. appellantur illiberales et sordidi. 1357, 3. Solon, legislator, eos devicit, atque trophæum de iis fixit. 1416, 6.
- Malanias** fuit in adversariis et calumniatoribus Demosthenis. 310, 10.
- Melanopus**, legatus, ipse tertius, ad Mausolum missus. 703, 21. Lachetem, patrem ejus, orator tecte peculatus insimulat. 740, 21. ipsius Melanopi
- furta et scelera enarrantur. *ibid.* Plutarch. §. γ'. v. Barton. Harpocration hac voce, hunc ait Diophanti, actoris, κηδεστὴν fuisse.
- Melanopus**, Diophanti filius, Sphettius. 925, 2.
- Meledemus Cleonis**. 273, 6.
- Memnon**, Artabazi κηδεστῆς, et in præfectura Lydiæ successor. 672, 5. h. e. Memnonis sororem in matrimonio habebat Artabazus. v. Diodor. Sic. t. II. p. 122.
- Meneclæus**, notus Athenis quadruplator, vulgo dictus ὁ τὴν Νίνου ἐλάω, qui Ninum sacerdotem fœminam condemnavit. 995, 10. 998, 13. v. Dionys. Halicarn. de Dinarcho, p. 187, 1. et Corsin. F. A. IV. 51. qui in h. l. interpretando turpiter lapsus est.
- Meneclæus**. 1489. antep.
- Menelaus**, peregrinus, forte Lemnius, quo hipparcho, seu magistro militiæ equestris, in bello sociali utebantur Athenienses. 47, 21. v. Vales. ad Harpocrat. h. v.
- Menestheus**, filius Philagri, e Telesippa, Cœensis. 1064, 16.
- Menestheus** cum classe centum triremium mittebatur ab Athen. adversus piratas Macedonicos. 217, 19. landatur ut vir popularis. v. Dionys. Halic. in fine libelli de Dinarcho.
- Menestratus Eretriensis**, videtur Eretriæ princeps, et Atheniensibus amicus fuisse. 661, 10.
- Menexenus**, filius Polyarati. 1009, 26.
- Menippus** apud Oreum Philippo studebat. 126, 4.
- Menippus**, Car, egit in Evandrum Thespiensem. 571, 22.
- Menon**, imperator, Autocli successor apud classem in Ponto missus. 1210, 6. hunc Apollodoros, Pasionis f., accusavit oratione a Demosthene scripta, sed ea hodie periit. 961, 1.
- Meno**, Pharsalius, Atheniensibus in bello apud Eionem Amphipolitanaam duodecim talentis et decentis equitibus succurrit. quapropter immunitas eia P. A. decreta fuit. 173, 3. 686, ult. v. Thucydid.
- Mentor**, frater Memnonis, quorum sororem Artabazus in matrimonio habebat, præfectura Lydiæ post Artabazum potitur. 672, 6. v. Diodor. Sic. II. 122. Ad Messenios legationem obiit Demosthenes, de qua exponit. 70, 25. sq. Messenios Philippo addictos nominat p. 324, 11. Philippus eos, statim a finito bello Phocico, a servitute Lacedæmoniorum liberat. 69, 9. Lacedæmonii acerrimo eos odio persequentes, modis omnibus vexabant et perditum ibant. 204, 4. Alexander M. Philippi

- adis filios, ab exilio revocatos, Mese-
senis tyrannus imponebat. 212, 26.
- Metanira, meretrix, a Lysia, oratore, ama-
ta. 1351, 24.
- Micionem Chollidensem Theoclines, a se
de furto frumentario accusatum, ære
placatus, dimittit. 1323, 12.
- Micalionis negotium, ab Aristophonte
perfidie tractatum, obscure attingitur.
885, 10.
- Midias, Anagyrasius, homo dives, sed
audax et secleratus, potentia amicisque
fretus. Is Demostheni, choregum tri-
bus suæ in Liberalibus agentis, publico
in loco alapam infixit; cujus injuriæ
reum Demosthenes egit illa celebri
oratione a p. 514. ad p. 587. suppositi-
tius appellatur. 563, 5. accusavit
senatum illum, cui Androtio præmium
decerni rogabat. 596, 8. nescio, hic-
cine sit, an alius, p. 1260, 3. com-
memoratus. Vide, num ex ejus ætate,
quam Demosthenes indicat, inveniri
possit, quo anno sederit Archon ex-
traordinarius Xenias, quo honorem ge-
rente Midias rogationem tulit, ut Pho-
cioni donum publice decerneretur. for-
sitan ob expeditionem Eubœensem, et
pugnâ ad Tamynas. Quam rogationem
Hyperides actione impugnavit.
v. Plutarch. in Hyperide, et Corsini
F. A. p. 365.
- Midius (si bene habet lectio *Μαΐδία*, sed
videtur potius *Μαΐδία* leg. esse, ut
nominativus sit Midias), Hagnusius.
1052, 6.
- Midylides, Aristotelis filius, Pallensis.
1083, 21.
- Midylides, Otrynensis, filius Euthymachi,
istius avus maternus. 1083, 5. et 18.
- Miltiades frugalitas laudatur. 35, 20.
quos honores ei civis habuerint. 686, 6.
- Miltokythes, regulus Thraciæ, a Cotye, a
quo defecerat, vincitur, ab Atheniensibus
desertas. 654, ult. 658, 26. a Smi-
kythione proditus Charidemo, ab hoc
Cardianis traditus, Atheniensium ini-
micissimis, ab his, ut studiosissimus
Atheniensium, crudeliter interemtus
est. 676, 27. Miltokythen a Cotye
defecisse, et Cherrhonesum Athenien-
sibus detulisse, significatur p. 1207,
18.
- Milyas, a patre Demosthenis moriente
manumissus, sit curator patrimonii filio
pupillo relictis. 819, 18. propter statum
ejus civilem Aphobus cum Demosthene
in jure contendit, postulans eam, ut
servum, ad tormenta, Demosthene tra-
dere, ut liberam, recusante. 844. tota
oratione.
- Minervæ ingens simulacrum stabat in
arce, ab universa Græcia præmium
Atheniensibus datum operæ in bello
adversus Xerxen et Mardonium nava-
tæ. 428, 15. v. indic. Græc. v. Ἀθηνᾶν.
- Minos, rex Crætæ, justitiæ laude claruit.
269, 18.
- Mitylenæorum summa potestas a populo
ad optimates transit. 163, 15.
- Mitys, Argivus, a quo Chabrius quadrigas
emit, quibus Pythia vicit. 1356, 7.
- Mnaseas, Argivus, proditor. 324, 10.
- Mnesarchides. 1332, 14.
- Mnesarchides, homo dives, studet Midia.
581, 14.
- Mnesibulus, *κνδερτῆς* Theophemi. 1155,
14.
- Mnesibulus, Acharnensis, peculatus da-
mnatus, et in carcerem datus, inde rur-
sus dimittitur. 1480, 13. et 26. ubi
laudatur ut homo fragi.
- Mnesicles, notus Athenis sycophanta.
995, 8.
- Mnesicles, Colyttensis, causa ejus pecu-
naria cum Evergo et Pantæneto. 967,
20.
- Mnesilochus, Perithoides. 1219, 20.
- Mnesimacha, Lysippi Criocensis filia, uxor
Midylidis, filii Euthymachi. 1083, 11.
- Mnesiphilus, Archon tum, quum Demo-
sthenes rogationem ferret de sancienda
pace cum Philippo facta. 235, 2. aliam-
que cum ferret Callisthenes, de urbe
tuenda, ob repentinam Philippi irru-
ptionem in Phocida. 238, 2. v. Corsini
F. A. I. p. 350.
- Mnesitheus Alopekensis Demostheni ad-
versus Midiam testatur. 541, 7.
- Mnesithides Archon erat tum, quum Æ-
schines nomine sui populi Pylagoræ
partes ageret, et Philippus ab Amphic-
tyonibus dux belli adversus Amphis-
senses nuncuparetur. 279, 17. v. Corsini
F. A. t. I. p. 356.
- Mnesithides, Antiplanis, Phœarrhins, una
cum Demosthene in legatis fuit ad
Thebanos, fœderis ergo contrahendi
adversus Philippum. 291, 6.
- Mœriades ab Aphobo pecuniam accipit
mutuo, servis, qui Demosthenis erant,
in pignus oppositis. 822, 2.
- Mœrocles [passim locorum vitiosa scrip-
tura Myrocles reperitur] rogationem
de iis tulit, qui negotiatores vexarent, et
de classe Attica cum sociorum conjun-
genda, quo mare a piratis purgaretur.
1339, 1. et 22. v. Barton. ad Plutarchi
Demosthenem §. 17. liberos Lycurgi in
vincula dedit. 1478, 15. ipse cum an-
tea nexus fuisset. 1478, 19. Plutarchus
l. c. perhibet, eum Callistrato in rep.
gerenda fuisse adversatum. quod aut
de alio quopiam Mœrocle, non de hoc,
erit accipiendum, aut vitium erit in
nomine Callistrati, aut hunc Mœroclem
necesse erit admodum juvenem ad
remp. accessisse, et gradævum esse

- factum. ab Eubulo Anaphlystio accusatus est, quod a metallorum redemptoribus vicenas drachmas extorsisset. 435, 6.
- Molon archon. 1207, 11.
- Molon, vetustus histrio tragicus. 418, 5.
- Moschion, servus primum Cononis, tum Olympiodori, medicamentorum mango, sed fur et veterator. 1171, 12. sqq.
- οὐ μύριοι, Senatus Arcadicus. 344, 13. 403, 10.
- Myronides, Archini, viri clari et de P. A. bene meriti, filius, ob æs alienum (ut videtur) nexus. 742, 25.
- Myrtis, Argivus, proditor. 324, 10. v. Palmer. Exerc. p. 626.
- N.
- Naucrides Plateas Thebanis prodit. 1378, 23.
- Naucrates, al. Nausicrates, Carystius. 925, pen.
- Naves Atheniensium Amyntas, imperator classis Philippi, capit et in Macedoniam abducit. 249, 17. 274, 2. quod contigit Philippo Selymbrium obsidente. 251, 8. anno quarto Olymp. CIX. v. Corsini F. A. I. 353. Philippus eas rursus dimisit. 251, 20. Hanc navium rapinam Corsinus existimat belli causam fuisse, ab Athen. anno 1. Olymp. CX. suscepti, pace septenni rupta.
- Nausicles sæpius fuit coronatus, ob liberalitatem erga remp., quam ornat, quum Strategus militiæ pedestris esset. 264, 22. 265, 8. Archon tum erat, quum, Elatea capta, Demosthenes hortaretur ad societatem belli cum Thebanis ineundam. 288, 27. laudatur ut vir popularis. 1432, 5. Corsin. F. A. I. p. 350.
- Nausicrates, frater Nausimachi et Xenopithis. 986, 24. 988, 1.
- Nausimachus, illius frater, in quem Aristæchmi filii agunt. 984, sq.
- Nausinicus Archon. 606, pen. a cujus prætura ad magistratum Androtonis Taylor annos 26. numerat. ego vero existimo, Nausinicum quæstorem fuisse anno proximo ante Androtonis magistratum, et subaudiri *εἰσπεπραγµένας, redactas, in fiscum illatas* p. 1367, 6. memoratur, et *ὁ ἀρχαῖος* additur.
- Nausiphilus, istius Nausinici, τοῦ ἀρχαῖου, filius. 1367, 5.
- Næera, a Theomnesto, tum et ab Apollodoro Pasionis, accusata, quod, quæ peregrina, et serva, et meretrix esset, tamen penes Stephanum, civem Ath. in matrimonio esset, liberosque vulgo quæritos pro civibus ferret, nec non aliorum criminum a 1345. ad 1388.
- Nearchus, Sosinomi, fuit in legatis ad Philippum missis, apud Elateam agentem. 283, 7.
- Neon, Philiadis filius, Messenius, Philippo addictus. 324, 12.
- Neocles Archon tum, quum Eubulus rogationem ferret, de legatione ad Philippum mittenda, quæ eum interrogaret, cur naves Athen. frumentarias interceptisset. 249, 11. v. *Nicoles*.
- Neoptolemus, multis operibus præfectus, coronatus est ob largitiones, quibus remp. ornaverat. 264, 25. homo locuples, Midæ studiosus. 583, 14.
- Neoptolemus histrio, vel potius, poeta tragicus, primus auctor fuit Atheniensibus pacis cum Philippo contrahendæ. 344, 7. et 21. Philippus, rebus labantibus, eum Atheniensibus immisit auctorem pacis. 442, ult. Athenis in Macedoniam migravit, et quæ ibi vidisset audissetque, de iis Philippum certiore fecit. 58, 22. v. insignem de eo locum Diodori Siculi t. II. p. 152. Quamquam *ὑποκριτὴς* tantummodo appellatur, admonuit tamen Scholiasta ad p. 58, 15. veteres hoc nomine appellare consuevisse ipsos quoque poetas, fabularum scriptores, quippe qui histriionum quoque partes sæpenumero agerent.
- Neptuni lis cum Marte in Areopago disceptata, super cæde Halirrhothii. 641, 25.
- Nicareta, filia Damostrati, mater illius Euxitheï, qui in Eubulidum egit. 1320, 3.
- Nicareta, lena famosa, hera Næeræ. 1351, 4.
- Nikeratus, Acherdusius, trierarchus, testatur Demostheni adversus Midiam. 568, 24.
- Nikeratus, Nikiæ imperatoris filius, *ὁ ἀγαπητὸς* cognominatus, laudatur ob liberalitatem erga remp. 567, 24.
- Nikeratus, Aristoni adversus Cononem testatus. 1266, 26.
- Nikiades, Lysaniæ filius. 1305, 1.
- Nikias præco, vel fecialis Philippi, Atheniensibus consciis, aut conviventibus, e ditione Philippi abreptus. 159, 1. Athenienses eum decennio in custodia tenerunt, et literas ejus in concione recitarunt. *ibid*.
- Nikias, gener Dinixæ, sororem uxoris Apollodori, Pasionis, in matrimonio habebat. 949, 22. avunculus Stephani, a quo fortunis exsatus fuit. 1122, ult.
- Nikias, Æschini *κνιδεστῆς*, h. e. sororis maritus, *ὁ βδελυρὸς* Demostheni dictus. 433, 20.
- Nikias, clarus ille imperator, in consiliis dandis publica potius commoda spectasse, quam auram popularem ca-

- ptasse dicitur. 34, 20.
- Nikias** Archon tum, quam Æschines convinceretur, cum Anaxino, Philippo speculatore, clam Athenis noctu furtivum colloquium habuisse. 273, 12. p. Corsini F. A. I. p. 355.
- Nikidas** defert Xenopithen male gestæ tutelæ nepotum e fratre Nausicrate. 991, 14.
- Nikipus**, nauclerus. 1212, 3.
- Nicobulus**, a Pantæneto de vi et insidiis accusatus. quam criminationem reus tota oratione a p. 966. ad p. 984. defendit. v. p. 973, 1.
- Nicoles**, tutor Pasiclis. 1112, 26.
- Nicoles** tum Archon, quum Aristophon rogationem ferret de legatis ad Philippum mittendis, qui naves ab eo interceptas repeterent. 250, 9. v. *Neocles*. Corsinio quoque visa sunt ista duo nomina eundem designare F. A. I. p. 354.
- Nicodemus**, ab Aristarcho, Moschi filio, interemtus. 549, 23. erat de factione Eubuli. quapropter Demosthenes in suspicionem communicati cum Aristarcho sceleris venit. *Schol.* ad p. 548, 14.
- Nicomachus**, Diophanti f. 275, 7.
- Nicophemus** (alii perperam dant Nicodemus) Archon. 1132, 27.
- Nicostratus**, homo peregrinus, civibus adscriptus, ab Ebulide corrupto. 1317, 5.
- Nicostratus**, Nikiadis filius. 1305, 4.
- Nicostratus**, in quem Apollodorus Pasionis, ut in hominem immemoris atque ingrati animi oratione tota invehitur a p. 1246. ad p. 1255.
- Nicostratus**, Myrrhinusius. 544, 15. erat tum Archon, cum Strato litem secundum Demosthenem adversus Midiam daret. *ibid.* v. 24.
- Ninus**, sœmina sacerdotio nescio quo fungens, quam criminis nescio cujus ream peregit Meneclis. 995, 10.
- Notharchus**, arbiter in lite Demosthenis cum Aphobo delectus, super statu civili Milyæ. 853, ult.
- O.
- Œdipus**, cum sociis, Thebis ejectos hospitio receperunt Athenienses. 290, 27.
- Œnanthe**, mater Stratonidis. 1061, 3.
- Œneus**, Bacchi filius, eponymus tribus Œncidarum. 1398, 17.
- Œnomaus**, heros, cujus nomine per ludibrium Demosthenes Æschinam appellat, qui in fabula cognomine partes herois aliquando egisset. 288, 22. 307, 25.
- Olympichus**, Apollodori filius, Plothenis. 1310, 23.
- Olympiodorus**, in quem agit oratio a p. 1167. ad p. 1183.
- Olynthiorum** societatem ab ipsis delatam, cum repudiassent Athenienses, tandem admittent. 19, 25. prodito equitatu, Olynthus periit. 125, 12. insignis locus de Olynthiorum utraque fortuna, ut, antequam causam cum Philippo communem facerent, potentes fuissent, victoriisque compluribus Lacedæmonios concidissent, et ut postmodum, fraude Philippi circumventi, prorsus deleti essent. 425, 12. sq. partem Olynthiorum bello captorum Philippus Atrestidi Arcadi donaverat, quos ille, pecudum ad instar, in Peloponnesum agebat, Æschine illuc proficiscente legationis obundæ ergo. 439, 3.
- Onetor**, Philonidis, ut videtur, filius, Melitensis. 831, 8. 856, 26. frater erat uxoris Aphobi. 853, 1. quicum collusit, quo Demosthenem patrimonio spoliarent, ut pluribus constat ex orat. in Onetorem gemina a p. 864. ad 880. reliquisque in Aphobum dictis.
- Onomarchus**, dux Phokensium, a Philippo in Thessalia victus. 443, 27. anno quarto Olymp. 106.
- Orestes** causam adversus Furias in curia Areopagitica vincit. 641, 27. 644, 24.
- Orpheus**, et ejus dictum de justitia laudatur. 772, 26.
- Orrhontes**. 186, 25. ubi dubium est, barbarine sit regis nomen, an fluvii Syriam pervagantis.
- P.
- Pæonum** cum Philippo bella. 13, 4.
- Pammenes**, Pammenis filius, aurifaber, cujus in tabernam irrumpens Midias coronas aureas a Demosthene locatas corruptit. 521, 27.
- Pammenes**, forsitan dux illo Thebanus. 681, pen.
- Pamphilus**, pater Plangonis, maternus avus Pamphili junioris. 1014, 18. ubi decoxisse, et facultates ejus, ut ærarii facti, proscriptæ, seu fisco addictæ dicuntur.
- Pamphilus junior**, Plangonis meretricis, aut concubinæ filius, quæ ipsum, unaque fratrem ejus Bæotum, callide Mantia, veluti patri, obtrusit. 995, pen. et sæpe locorum postmodum in illa tota oratione.
- Pamphilus**, Rhamnusius. 1047, 17.
- Pamphitus**, senerator, cujus causa adversum Dionysodorum et Parmeniscum agitur a p. 1282. ad p. 1298.
- Pamphilus**, inquilinus, et cliens Midia,

- Ægyptius.** 567, 15.
- Pamphilus, trierarchus, Demostheni adversus Midiam testatus.** 568, 23.
- Pamphilus, fullo.** 1259, 1.
- Pandion, eponymus tribus Pandionidis.** fabula filiarum ejus, Procnes et Philomela. 1397, ult. Πανδίωνος ἄστου appellantur Athenæ. 531, 2.
- Panemus, mensis Corinthiacus, respondet Attico Boedromioni.** 280, 14.
- Pantænetus, in quem agit Nicobulus or.** a p. 966, ad p. 984.
- Parmenio, cum militibus ad Eretriam missus, circa annum secundum, aut tertium Olympiadis CLX. ut libertatis recuperandæ cupidus compesceret, qui etiam tumultuantes eiecit.** 126, 2. amicus et minister Philippi. 362, ult. Halum obsedit, Atheniensibus de pace cum Philippo agentibus. 392, 20.
- Parmeniscus, negotiator, socius Dionysodori, in quos agit Pamphilus or.** a p. 1282, ad 1298.
- Parmeno, Byzantinus negotiator, sed Athenis degens, ut patria exulare jussum.** 894, 2.
- Parisades v. Berisades.**
- Paseas, Aristoni adversus Cononem testatus.** 1266, 26.
- Pasicles, filius Pasionis, trapezitæ, sæpissime commemoratur ab Apollodoro, fratre, in eum acerrime sæviente, ut spurium, ex adulterio natum, oratione gemina in Stephanum, et rursus ab advocato Phormionis, in oratione pro Phormione, quem Phormionem Apollodoros aiebat verum Pasiclis patrem fuisse. Longa et sæda est concertatio.**
- Pasio, modo dictus, e servo manumissus, et postmodum a P. A. civitate donatus, trapezita, sæpissime, et quibusque pæne paginis nominatur in orationibus pro Phormione, et in eundem, item in Timotheum, Stephanum, Callippum, aliosque dictis ab Apollodoro, scriptis a Demosthene. reip. mille scuta, et quinque triremes donavit.** 1127, 12. vivis excessit archonte Dysniketo. 1132, 25. clarum fuit nomen ejus per universam Græciam, spectata fides, contractæque cum multis amicitia. 1224, 2.
- Pasipho, medicus.** 873, 21.
- Pataecus.** 1478, 18.
- Patrocles Phlyensis, Demosthenem latæ legis de classibus, seu collegiis trierarchalibus, cum accusasset, causa cecidit, et muletatus est.** 261, 18.
- Pausania, Spartani regis, insolentia, qua victoriam de Persis communi Græcorum opera partam sibi soli arrogatum ibat in inscriptione donarii communis.** 1378, 1.
- Pausaniæ, ὁ πρόβρος, stuprator Theramenis.** 1489, 4.
- Pax ad Athen. cum Philippo inita, auctore Philocrate, item Phrynone, (v. ibi scripta) in hanc formulam, ut quæ jam in potestate haberet Philippus, ea retineret. quod illo de Amphipoli interpretante, Atheniensibus contra excipientibus, eam olim suam fuisse, non ejus, eoque sibi reddendam esse, descensum est ad correctionem formulæ. Orationem de Haloneso qui scripsit, is auctor fuit, ut hunc in modum corrigeretur, ut Philippus Amphipolim redderet, et ut Græcæ civitates, neutri parti addictæ, a neutra bello vexarentur.** 82. sq. capita hujus pacis præcipua. 63, 15. 105, 13. 395, 25. pacem hanc non suasit Demosthenes, sed expressit Græcorum perfidia, Athenienses ipso in certamine destituentium. 251, 22. primam ejus mentionem injecti Aristodemus. 232, 8. deinde ad eam hortatus est Philocrates, suffragantibus Eubulo et Kephisophonte. ibid. 10. injuriam sibi fieri queritur orator ab Æschine, principium pacis sibi imputante. 233, 14. contra criminatur idem, Æschinem, cum conjuratis, a Philippo corruptum, in secunda legatione, missa ad conditiones pacis jurejurando sciendas, insciis et invitis Atheniensibus, contra atque convenisset, et contra mandata, legatis proficiscentibus injuncta, Philippo permulta, quæ ipsius e re, in fraudem Athen. essent, concessisse. 346, 12. et pæne tota oratione de falsa legatione.
- Pacis cum Philippo postremæ, post pugnam fatalem ad Chæroneam contractæ, mentio fit obiter.** 804, 14. ubi eo discriminis ait res fuisse deductas, ut parum abesset, ut vir unus universæ civitatis potiretur.
- Pax cum Alexandro M. contracta primo, quo is regnare cœpit, anno. 216, 3. sq. et tota illa oratione.**
- Pelopidas, dux Thebanus, ab Alexandro Pheræo captus.** 660, 5.
- Peparethii pace tenente Halonesum ceperant; quapropter cum a Philippo castigarentur, Athenienses id ægre ferentes, causam eorum suam faciebant.** 162, 1. Peparethi devastatio. 248, 5.
- Perdiccas in Macedonia tum regnans, quum Persæ, ad Plateas victi, domum trepidi refugerent, reliquias eorum confecit; cujus beneficii præmium ab Atheniensibus adeptus est immunitatem.** 173, 8. 687, 5. Non Perdiccas, sed pater ejus, Alexander, tum regnabat. Quia tamen Perdiccas regii generis et regni heres erat, jam tum dici poterat *ἑσσιλεύων*.
- Periandri lex, ad quam αἱ συμμορίαι, collegia trierarchalia, sunt composita.**

- 1145, 16.
- Periander**, filius Polyarati. 1009, 27.
- Pericles** consilia sua magis ad remp. quam ad privatam suam, contulisse dicitur. 34, 21. p. 1414, 23. docetur ejus exemplo, virum reip. gerendæ operantem carere philosophia non posse.
- Perilaus**, Megarensis, proditor, ab ipso Philippo contentus, cum jam abusus ejus opera esset. 242, 2. 324, 15. 435, ult.
- Perinthii** Byzantinorum fœderati et sanguinei erant. 255, 24.
- Phædimus** in triginta tyrannis. 402, 16. Palmerius ad h. l. admonet, a Xenophonte, illos enumerante, non Phædimum, sed Phædrum erant.
- Phædra**, mater Acamantis, sed ibi meliores codices Æthram appellant. 1398, 11.
- Phænippus**, filius Callippi, in quem agit or. a p. 1038. ad 1050. adoptatus fuit a Philostrato, oratore. 1045, 15.
- Phanias**, Aphidnæus. 544, 15. erat tum Archon, quum Strato litem secundum Demosthenem, adversus Midiam daret. ibid. versu 24.
- Phano**, filia Neæræ, vulgo quæsita. 1353, 5. alias Strobyle dicta. 1362, 6. nubit Phrastori, sed postmodum repudiatur. ibid. et sqq. ubi pluribus et ejus, et matris, fraudes et flagitia denudat.
- Phanostrata**, filia Stratii, Cœensis. 1056, 27.
- Phanostrata**, scortum. 610, 17.
- Phanostratus**, Kephisiensis. 1258, 23.
- Phanus**, non Stephanus, quod perperam in argumento orationis legitur, is fuit, quem Aphobus falsi dicti testimonii accusavit, sed Demosthenes cum oratione defendit ea, quæ a p. 844. ad p. 862. legitur. familiaris et tribulis Aphobi dicitur. 851, 22. 861, 26.
- Phayllus**, imperator Phokensium. 661, 11.
- Pheræi** res habebant suas a Philippo separatas, hoc de pace cum Atheniensibus agente. 444, 4.
- Phertatus**. 387, 2.
- Phila**, meretrix. 1351, 15.
- Philager**, filius Eubulidis, f. Busell, Cœensis. 1057, 15.
- Philager**, Melitensis. 1355, 22.
- Philammon**, Atheniensis, pugil. 331, 1.
- Phileas**, vel, quomodo p. 963, 5. in argumento rectius appellatur, Philetas, Eleusinius. 967, 21.
- Philiadis** liberos, Messeniæ tyrannos, restituit Alexander M. ab exsilio revocatos. 212, 26. v. *Neon* et *Thrasylolochus*.
- Philinus**, Nicostrati f., in trierarchatu collega Demosthenis. 566, 25.
- Philippides**, trierarchus, homo dives, Mithæ studiosus. 581, 14. 583, 14. nescio, an idem sit cum Philippide Pæaniense p. 1332, 24.
- Philippus**, rex Macedoniæ, ille celebratissimus, et in Philippicis atque orationibus pro corona et in Æschinem exagitatus, et pæne contritus, ut omnem earum paginam impleat; homo astutus, acer, vigil, insidians nulli non opportunitati rei bene gerendæ. 10, 2. Amphipolin, tum Pydnam, inde Potidæam, post Methonam, denique Thessaliam cepit. 12, 26. ex expeditione Illyrica [Olymp. CVI, 1.] gravem in morbum incidit, unde ut convaluit, protinus Olynthum adortus est. 13, 2. alius eum posterior invasit morbus per expeditionem Thracicam, hyeme anni tertii Olymp. CIX. impurus, perfidus, perjurus appellatur. 19, 9. sq. ambituosus. 23, 10. amici ejus comitatens lascivi, luxuriosi, perditii. 23, 12. Epistolæ ejus. 158. 238. 250. 280. [hac de Philippi epistola, et rationibus temporis, quo scripta fuit, multis disputat Corsinus F. A. cum alibi, tum t. II. p. 462. ubi contendit, non anno primo Olymp. CVIII. scriptam esse, quod visum fuit Usserio et Dodwello, sed tertio Olymp. CX. et pro Βονδορομῆανος leg. esse Ἐκατομβαιῶνος.] 283. argumentum epistolæ a Philippo legatis Atheniensium additæ, a pace condita, cujus faber Æschines potissimum fuerat, domum redeuntibus. 352, 11. quando Locrici belli dux ab Amphictyonibus fuerit nuncupatus, quærit Corsin. F. A. I. p. 357. initio regni cum Argæo pugnandum habebat, qui fretus Atheniensium ope, Macedoniam sibi arrogabat; verumtamen vicit, ut blanditiis usus, Athenienses ab Argæo abstraxit. 660, 13. plurimum sibi ad potentiam terroremque sui profuit hoc, quod ipse suarum rerum solus conscius, arbiter, gubernator et exsecutor per se esset. 305, 26. callentissimus dicitur artis, blandimentis, officii, pollicitationibus alios sibi obstringendi atque circumveniendi. 1468, 27. ubi Demosthenes multum sibi fuisse usum Philippi ait in legationibus reip. ergo ad eum obitus. dicitur p. 1477, 15. secundam fortunam scisse moderate atque humane ferre.
- Philippus**, nauclerus. 743, 19. 1188, 20.
- Philippus**, istius naucleri filius, ægri capitis discrimen effugit. 743, 19.
- Philippus**, Androtionis studiosus et per eum potens. 605, 8.
- Philippus**, qui in causa Aphobi testimonium dixerat. 851, 22.
- Philiscus**, Abydenus, in Ariobarzania gratiam, Attica civitate donatus, ductans milites mercenarios, vexabat Græcas civitates. 666, 19. peremptus est a duo-

- bus Lampsacenis, Thersagora, atque Exekestō. *ibid.* pen. acerrimo persequebatur odio Atheniensis. 688, 1.
- Philistides, Orei in Eubœa tyrannus a Philippo constitutus. 119, 22. 126, 11. 248, 15. per expeditionem auctore Demosthene in Eubœam susceptam Atheniensis Philistides eiecerunt, ejusque legatos, hostes reip. declaratos, urbe excedere jusserunt, quos Æschines domi suæ recepit. 252, 17. et 23.
- Philo, Thebanus, cujus ad Philippum nobilis atque memorabilis refertur oratio. 384, 16.
- Philo, socer Æschinis, homo dives. 329, 15.
- Philochares, frater Æschinis. 414, pen. pictor fait, si Demostheni creditur, contemnendus, si Scholiasti, Apelli et Zeuxidi comparabilis. 415, 3.
- Philocles, vir popularis, et, ut videtur, exsili consors Demostheni. 1482, 8.
- Philocrates, Eleusinius, ille tot tetris a Demosthene stigmatibus perustus et confossus, rogationem tulit, ut Philippo una cum Amphipoli pax concederetur. 82, 22. 83, 2. auctor orationis de Halonesio modum proponit illius pacis corrigendæ. 76, sq. colludens cum Æschine, commodis Philippi studuit. 230, 23. 343, 20. et sæpissime locorum per illam totam de flagitiose gesta et perperam relata legatione orationem. ad pacem cum Philippo contrahendam, secundum Aristodemum, primum auctorem, Philocrates inprimis hortatus est. 232, 10. fuit in adversariis Demostheni infestissimis. 310, 10. qui eum impurum et audacem appellat. 345, 1. et dignum, qui conspuatur, vel despuatur. *ibid.* 23. Demosthenem de aquæ potu deridet, se jactat, sibique plaudit vinum potanti. 355, 23. in formulam pacis cum Philippo contractæ, clam sponte sua, inscio populo, et injussu ejus, clausulam turpem pariter atque noxiam ingerit. 356, 15. ipse jactabat quæ a Philippo dona accepisset. 377, 18. Atheniensium omnium dicitur flagitiosissimus et impudentissimus. 405, 14. 783, 21. partem Olynthiorum bello captorum a Philippo dono tulit. 440, 5. sq.
- Philolaus, Rhamnusius. 1047, 18.
- Philomacha, al. Phylomacha, filia Hagnia Cœnsis, uxor Philagri. 1056, 25.
- Philomacha junior, istius ex Eubulide neptis, uxor Sositheï, junioris Eubulidis mater. 1058, 26.
- Philomela, Pandionis filia. 1397, pen.
- Philomelus, Pœaniensis, cujus in equo, matuo sumto, Midias, magistrum militiæ equestris agens, in pompis vehabatur. 571, 4.
- Philonicus, Eubuli causæ implicitus, ab Aristophonte accusatur. 434, 21.
- Philonides, Melitensis. 831, 8.
- Philondas, Megarensis, Athenis habitans, ut inquilinus. 1191, 27.
- Philostratus, orator, adoptat Phœnippum. 1045, 15.
- Philostratus, Dionysii filius, Colonensis, acerrimus Chabriæ adversariorum, eumque causam capitalem super Oropo dicentem vehementissime ursit et exagittavit. 535, 9. erat familiaris Lysiæ, oratoris. 1352, 7. et 15.
- Philtiades, Ctesia filius, Xypetæonensis. 929, 25. p. 935, 1. pater ejus Ctesicles appellatur.
- Phocenses [*ἔθνος μέγα, καὶ πολλοῦ λόγου παρὰ Δημοσθένους ἀξιοῦσθαι*, ait Etymologus p. 273, 36.] sine Atheniensium protectione tueri sua nequibant. 16, 21. bellum adversus eos gesturum recipit Thessalis Philippus, eoque sibi eos adjungit. 20, 4. Phocensium cæpta cum probare nequirent Athenienses, tamen eos servatos cupiebant. 231, 1. qua flagitiosissima Æschinis fraude Phocenses Philippo traditi, et funditus deleti fuerint, pluribus exponitur. 357, 22. sqq. Conf. p. 113, 17. quare Philippus eos in societatem sui cum Athen. fœderis admittere. 443, 8. bis Philippus prælio vicit Phocenses: semel copias eorum mercede conductas, cum duce, Onomarcho, extra Phocidem et Pylas, iterum in ipsis eorum finibus eos vicit atque funditus delevit. 443, 25. 446, init.
- Phokides, quem accusans Aristogiton perdidit. 781, 17.
- Phocion, imperator Ath. in expeditione Euboica, Olymp. CIX, 4. 567, 17. etiam a Byzantio Philippum depulit, eodem anno. Barton. in vit. Dem. §. 17. Diodor. Sic. II. p. 139. de ejus exitu v. Corsini F. A. I. p. 366.
- Phocritus, Byzantinus, ab Apaturio et Parmenone arbiter delectus. 897, 2.
- Phormion, orator, qui, pro Aphepsione, Bathippi filio, dicens, Leptinis rogationem de tollendis immunitatibus impugnavit. 451, argom. 9. 453, 14.
- Phormion, in ditissimis Atheniensium. 565, 12.
- Phormio, Kephisophontis, Piræensis. 927, 22.
- Phormio, negotiator, in quem Chrysipus, qui æs ei in fœnus crederat, agit or. a p. 907. ad p. 922.
- Phormio, trapezita, libertus Pasionis, in cujus fortunis, moribus, omni denique vita multus est Demosthenes, invidioso et turpi exemplo, alternis accusator et defensor, in orationibus, una pro eo a p. 944. ad p. 963. pluribus, quas Apollo-

- dorus, Pasionis filius, in cum dixit, ut illis in Stephanum a p. 1101, ad p. 1137. decimo demum anno a Pasionis excessu jus civitatis adeptus est, archonte Nicodemo. 1132, 26. Byzantini naves ejus aliquando attinuerant. quarum expediendarum gratia, Phormio Stephanum misit illuc. 1121, 2. idem Stephanus causam Phormionis apud Chalkedonios dixit. *ibid.* Phormio privignum Apollodorum in judicio vicit. 1101. quomodo matrem Apollodori, heri quondam uxorem, in matrimonium duxerit. 1102, 10.
- Phormio, trierarcha, servus. 270, 13.
- Phrasias. 1236, 18.
- Phrasielides, quo archonte pax cum Lacedæmoniis coit. 1357, 15. circiter illo anno, quo Lacedæmonii ingentem illam ad Leuctra cladem accipiebant. videtur Anaphlystius ille esse p. 1219, 20.
- Phrasielides, homo ne ingenuus quidem, in Timothei gratiam, civitate donatur. 688, 4. 1197, 3.
- Phrastor Ægiliensis. 1362, 8. sq.
- Phrynio, Demonis filius, et Democharis frater, Pæaniensis, Neæram, quam amabat, in libertatem asserebat, et Athenas transferebat Corintho. 1355, 2. sq. ubi pluribus flagitiosos ejus mores, fœdosque amores et rursus discidia cum Neæra exsequitur.
- Phrynon, Rhamnusius, qui in concilianda illa cum Philippo turpi et inprimis noxia pace cum Philocrate atque Æschine collisit. 400, 15. et sæpe postmodum in illa de F. L. oratione, uti ut homo impurus atque consceleratus, et probris omnibus obsitus notatur, ut nomen ejus ex eo in proverbium abierit. quam turpiter se dederit in convivio apud Xenophronem in Macedonia. 402, 26. nam fuit in legatis illuc missis. 412, 19. ὁ μισαρός Φρίνον appellatur. *ibid.* 25. propterea quod filium impuberem fœdæ Philippi libidini prostituisset.
- Pisistratidarum nomen admodum exosum erat Athenis. 160, 15. 212, 16.
- Pittalacus, homo probrosus, quo Timarchus familiariter utebatur. 417, 21.
- Pitholas [Πιθολᾶς], id est Pitholaus, Thesalæus, Attica civitate donatus, quo indignus honore visus, rursus privatus est. 1376, 5.
- Plango, Mantiae concubina, quæ quibus strophis eum deceperit, et quantas clades rei ejus familiari dederit, et quantis litibus ipsumque filiumque ejus, Mantitheum, per spurios suos Bœotum et Pamphilum vexarit, constat ex oratione in Bœotum gemina a p. 994. ad p. 1026.
- Platænsium de Atheniensibus insignia merita, et quibus contra officiis studiisque Athenienses ea sint demeriti, unde natum Lacedæmoniorum internecinum erga Platænses odium, et sæva oppidi oppugnatio, eamque tandem insectum miserrimum excidium, multis verbis exponuntur a p. 1377, 2. sqq. ad p. 1381, 22.
- Platonis, clarissimi philosophi, consuetudo Archylæ Tarentino haud parum profuit ad gloriam. 1415, 13. p. 1490, 12. dicitur Heracleodorus e Platonis ludo exisse, qui magnis ibi laudibus ornatur.
- Plistoris causa nummaria cum Pantæneto et Evergo. 967, 21.
- Plutarchus, Eretriæ in Eubœa tyrannus, illa de factione, cui auxilia mitti vetabat Demosthenes. quod secus factum, insecta sunt ingentes clades. 58, 5. Postmodum ejectus est Plutarchus una cum mercenariis, quos alebat. id quod credibile est evenisse, aut exeunte Olymp. CVIII. aut ineunte CIX. Reddita sic plebi majestate, Philippi tamen studiosi effecerunt, ut ab eo missus, cum mille mercenariis, Hipponicus Eretria reciperet, qui arces τῶ πορ-θμῶ impositas dejecit, Eretriæque presidium, tyrannosque tres, Hipparchum, Antomedontem, et Clitarchum imposuit. 125, 24. Conf. Wesseling ad Diodor. Sic. II. p. 139. Ulpian. ad p. 434. et 550, 26. ubi defectio Eubœæ ab Atheniensibus, a Plutarcho conflata, enarratur. Nomen ejus, cum adhuc potentia floreret, formidolosum erat Athenis. 579, 2. ubi Midias protector, consiliarius, et procurator dicitur.
- Polemæstus (nisi potius Ptolemæus est). 1491, ult.
- Polemon, Hagnæ filius, Cœensis. 1057, 10.
- Polyaratus, Cholargensis, avus maternus Mantitheï. 1009, 25. homo dives, et clarus Athenis. 1015, 26.
- Polycles, cujus iniquitas, et insolentia exagitur oratione, quæ in eum agit, a p. 1206. ad p. 1227.
- Polycles Archontum, quum Demosthenes rogationem de collegiis trierarchalibus ferret. 261, 12. Corsin. F. A. I. p. 351.
- Polycrates auctor colonie in Cherrhonesum mittendæ. 163, 6.
- Polyerates, Epiphronis, in legatis ad Philippum apud Elateam agentem missis. 283, 7.
- Polyeritus, Apemanti, Cothokides, in legatis ad Philippum missis, navium repetendarum ergo. 250, 16.
- Polyeuctus, ὁ ἐέλτιστος, honoris ergo, a Demosthene appellatus, fuit in legatis, anno secundo Olymp. CIX. ad civitates Peloponnesiacas missis. 129, 18.

- Polyeuctus**, Midiae studiosus, numeratur in sycophantis. 560, 2. Verum Ruhkenius in Hist. crit. orat. Gr. p. 157. eum cum superiore eundem facit, ubi pluribus de Polyeucto Sphettio, claro tum oratore, exponit.
- Polyeuctus** Crioensis. 1042, 5.
- Polyeuctus** Thriasius, pater duarum puellarum, quarum de dote duo ejus generi, Spudias et Leocrates, jure experiuntur. 1028, sq.
- Polyeuctus**, Charidemi vitricus. 1331, pen.
- Polysthenes**, homo ne liberae quidem atque ingenuae conditionis, in gratiam Timothei civitate donatus. 688, 5.
- Polystratus**, imp. Athen. in bello Corinthiaco. 46, 20. Olymp. XCVI, 4. item p. 482, 26. ubi ait eum ex Iphicratis commendatione publice laudatum et praemiis ornatum esse.
- Polyzelus**, qui prohedrum cecidit. 525, 27.
- Polyzelus**, Archon, quo fungente, aut protinus ab honore defuncto, Demosthenes tutelam suam suscepit pubertatem ingressus, et tutores ad reddendam tutelae gestae rationem vocavit. 868, 1.
- Posidippus** in tiremi Apollodori gubernator. 1422, 10.
- Praxicles**, trierarchus. 1219, 19.
- Procles**. 980, 20. ubi Nicobulus *μιαρὸν καὶ ἀνάθαρτον* eundem atque *μέγαν* appellat, sed hoc deridiculi ergo.
- Procne**, Pandionis filia. 1397, pen.
- Proconnesii**, Atheniensium socii, opem eorum implorant adversus Cyzikenos, a quibus bello vexabantur. 1207, 21.
- Promachus** testatur Baeto. 1017, 1.
- Protomachus**. 1311, 9.
- Protus**, cui lis cum Zenothemide de frumento Siculo intercessit. 886, 10.
- Proxenus**, filius Neerae vulgo quaesitus. 1358, 4.
- Proxenus**, imper. Athen. aditum Philippum ad Pylas observat. 356, pen. 364, 5. 389, 17. et 26.
- Ptoëdorus**, Megarensis, Philippum studiosus. 324, 14. genere, divitiis, potentia princeps Megarensium, Perilaum, Philippismi accusatum, protexit et servavit. 436, 2.
- Pyrrius**, Eteobutades, morte mulctatus est, quod, ararius qui esset, tamen judicasset. 573, 9.
- Pythia**, ludos, Philippus per amicos illuc delegatos administrabat. 62, 24. 63, ult. 119, 12.
- Pylades**, trapezita. 816, pen.
- Pylææ** jus restituebat Philippus Thessalis ea in Pylææ, qua ipse jure consensus in conventu Amphictyónico donatus, et in locum Phocensium, utpote expunctorum, immissus fuerat. 71, 13. conf. p. 62, ult.
- Pytheas**, homo veterator, popularitatis simulator. 1481, 13. ubi coloribus deterrimis pingitur. Demosthenem furti Hapalici reum egit oratione scripta, et imprimis in causa fuit, ut is exsulatum iret. ibid. Plutarch. 16. Barton. 184. nascente bello Lamiaco Athenis ad Antipatrum fugit, Græcasque civitates ab Athen. abalienavit. Plutarch. §. κζ. Pytheam ait in Arcadia cum Demosthene altercatum.
- Python**, Byzantinus, orator potens, in legatis Philippi ad Athenienses, cum pacis condiciones scriberentur eæ, in quas Philippum Demosthenes et Æschines cum aliis, jurejurando adegerunt anno Olymp. CVIII, 2. 81, 24. 82, 17. ubi quanto Pythonis eloquentiam magis prædicat Demosthenes, hoc ipse suam altius effert, a qua illum fuisse repressum gloriatur. 272, 19. idem in illa celeberrima Thebis habita concione exultat, qua se ait, coram universa Græciæ legatis intolerabilem Pythonis insolentiam retudisse, atque studia ejus elussisse. 1469, 18. Diodor. Sic. II. 143. et ibi Wesseling. Olear. ad Philostrat.
- Python**, Æno oriundus, cum illo Byzantio, ni fallor, idem, Cotyn, regem Thraciæ, quum Atheniensibus gravis esse cœpisset, adjuvante fratre Heracleide, peremit; quapropter Athenienses ambos civitate donarunt. 659, 27. 674, 21. E p. 662, 10. satis liquide constat, Ænium hunc atque illum Byzantinum eundem esse. Patriæ diversitas, quæ videtur esse, morari neminem debet. Solent Græci eosdem geminis nominibus ethnicis appellare, alteris locorum, ubi in lucem quique prodissent, alteris, ubi plurimam vitæ partem peregerint. In ætatem, qua Python hic Athenas venit, inquit Corsinus F. A. t. I. p. 355.
- Pythocles**, inimicus Demostheni. 320, ult. incessus ejus superbiam præ se tulit. 442, 15.
- Pythocles**, filius Pythodori, procul dubio idem cum superiori, Demosthene familiariter antehac usus, cœpit ab eo abhorrere, postquam a Philippo corruptus fuit. 411, 10.
- Pythodorus** Archon. 1174, 13.
- Pythodorus**, nescio qui, cujus ædes memorantur. 1258, 25.
- Pythodorus** ἐκ Κηδῶν arbiter in causa Theophemi et actoris in illa oratione, quæ est in Evergum. 1140, 17.
- Pythodorus** Acharnensis. 1215, 13.

R.

Rhadamanthys, heros mythicus, justitiæ
 2 T

- studio clarus. 269, 18. 1410, 18.
- Rhodiis concessum jus vectigalia certa a navibus exigendi in pace Athen. cum Philippo facta. 63, 18. Rhodiorum gubernatio a plebe ad optimates transiit. 168, 18. bellum sociale dictum cum Athen. gerebant. 191, 12.
- S.
- Sannio, magister choris tragicis. 533, 9.
- Satyros, navalium præfectus. 612, 21.
- Satyros, Alopekensis, Lakedæmonii frater. 1360, 8.
- Satyros, Melitensis. 1364, pen.
- Satyros, trapezita. 953, 14.
- Satyros, histrio comicus, cujus præclarum facinus laudatur p. 401, 16. familiarem Demostheni fuisse, eumque gestulationem oratoriam docuisse auctor est Plutarchus §. ζ'. v. Barton.
- Satyros, quem Harpocr. v. *Θευδασία* exorat. in Leptin. ait apud Theudasiam cecidisse.
- Saurias, Lamprensis. 1360, 10. et pen.
- Skiton (nisi potius is Skirton est) quod *παράνομα* suasisset, decem talentis est mulctatus. 573, 18.
- Skythes, Harmatei, Kydathenæensis. 1104, 2.
- Simon, Thrax, frater uxoris Amadoki. 624, 6. civitate Attica donatus. ibid. 15.
- Simus Anagyrasius fuit in legatis ad Philippum missis apud Elateam agentem, ad impetrandum inducias. 232, 22.
- Simus et Eudius, Larissæi, Thessaliam patriam Philippo prodiderunt. 241, 27. ductavit secum Næaram pro amica. 1352, 23. 1382, 6. Harpocr. eum de gente Aleuadarum fuisse tradit.
- Simylus, histrio. 314, 11.
- Sinope, meretrix. 610, 17. 1385, 1.
- Sitalkes, rex Thraciæ peremptus non invitis Atheniensibus. 161, 3.
- Smicron, ob rogationem *παράνομον* decem talentis mulctatus. 573, 17.
- Smikythion, forte Thrax, qui Miltokyden Charidemo prodidit. 676, pen.
- Smikythus ab Eubulo accusatus. 401, 1.
- Socrates, Orita, Philippo deditus. 126, 4.
- Socrates, histrio. 314, 12.
- Socrates, trapezita. 953, 12.
- Socrates, Philosophus, Alkibiadis magister. 1415, 1.
- Socratides Archon eo anno, quo Chabrias Pythia vicit quadrigis. 1356, 5. memoratur ejus magistratus. 1186, 10. incidit in illum annum, quo Timotheus rem sinistre adversus Peleponnesios gegeret. 1197, 17.
- Solon, legislator clarissimus. fragmentum ex ejus Elegis a p. 421, 25. ad 423, 6. leges aiebat esse civitatum νόμιμα, sive id, quo publicam in usum immisso uterentur omnes veluti modo, ex quo agantur atque æstimentur omnia. 765, 24. cives sui eum ob leges latas ænea statua cohonestarunt in foro posita. 420, 7. 807, 17. auctor fuit, in lege quadam, qui in potestate meretricis esse, eum ita furere immaniter, ut alium neminem mortalium omnium magis. 1183, 10. innumeratur Sophistis, hoc est, sapientiæ et elegantioris literaturæ professoribus atque magistris, eamque laudem reliquis suis laudibus omnibus antetulisse dicitur. 1416, 3. ubi summa laudes ejus enarrantur; quæ sunt hæc: Megarensis vicit, hujusque victoriæ monumentum fixit tropæum; Salamina, insulam, recuperavit; leges condidit; et, quod ipse summum fecit, studiosissimæque affectavit, in septem Græciæ sapientibus fuit habitus.
- Solon, homo obscurus. 1120, 27.
- Solon, Erchiensis, arbiter delectus in causa Mantitheï cum Bæoto. 1013, 4.
- Sophilus, paucratiasta Sami, adversarium, a quo per contumeliam vapulaverat, iræ impotentia victus, occidit. 537, 15.
- Sophistæ septem sunt iidem atque vulgo sic dicti Græciæ viri sapientes. 1416, 11.
- Sophoclis, poetæ tragici, Antigona commemoratur. 418, 7. et 20. ubi locus ex ea recitatur.
- Sosicles fuit in adversariis et criminatoribus Demosthenis. 310, 9.
- Sosicles, trapezita. 953, 15.
- Sosinotus, trapezita item. 959, 26.
- Sosistratus, in Eubœa Philippi studiosus. 324, 17.
- Sositheus, pater Eubulidis, qui nomine filii infantis, in Macartatum egit. 1061, 9. tota illa oratione a p. 1050. ad p. 1079.
- Sostratus, pirata, quem Philippus Halonneso expulit. 162, 10.
- Sostratus Philippi, Histiaensis. 929, 25.
- Sotades, Cretensis, Næaram per Ioniam et Chium pro amica secum ductavit. 1332, 8.
- Spintharus, Eubuli filius. 1259, 2.
- Spintharus, qui Clinomachi ædes septem minis emit. 1358, 8. fort. idem cum superiori.
- Spudias, in quem Leocrates egit orat. a p. 1028. ad p. 1037. penes ambos sorores duæ in matrimonio erant.
- Stephanus, Meneclis filius, Acharnensis. 1104, 1. in quem totis illis duabus orationibus a p. 1101. ad p. 1137. Apollodoros Pasionis agit.
- Stephanus Eræadensis. 1358, 26. maritus Næaræ, in quos ambos invehitur tota

- illa oratio a p. 1345. ad p. 1388. nescio, idemne sit, quem Æschines p. 46, 37. ed. Steph. nominat, suum et Derkylli in legatione ad Phocenses collegam. Apollodoro Pasionis diem bis dixit, semel ob pecunias theatrales, quas in militarem fiscum inferri Apollodorus auctor fuerat, tum homicidii reum egerat. 1347, 1. sq. quam injuriam ultum cuntes Theomnestus, et ejus socer, Apollodorus, in jus vocant illa tota in Neæram oratione, criminis dantes, quod mulierem conditione servili natam, peregrinam, et quæ scortum publicum olim fuisset, ipse, qui civis Atheniensis esset, pro uxore legitima et matrefamilias domi haberet, ejusque liberos vulgo quæsitos pro ingenuis et suis ferret, atque pro talibus elocaret. Stephanus hic Xenoclidam poetam a se accusatum infamia notavit. 1353, 14. et 26. quomodo cum Neæra consuetudinem contraxerit. 1357, 17. sq.
- Strabax, ab Iphicrate commendatur, civis fit. 482, 25. videtur Iphicratis in bello Corinthiaco minister fuisse. nominatur enim l. d. una cum Polystrato, de quo v. p. 46, 20.
- Stratius, Buseli filius, Cæensis. 1055, 25. et deinceps.
- Strato, Phalereus, a Midia pessumdatus, in quem pro Demosthene tulisset sententiam, arbiter delectus. 541, 17. sq.
- Straton, e gente Buselidarum. 1064, 7.
- Stratocles, quem orator p. 980, 21. hominem appellat nequissimum et artificem callidissimum orationis ad imponendum plausibilis.
- Strymodorus, in Ægina trapezita. 953, 19.
- Stratola meretrix. 1351, 14. nisi ea potius Stratolea, aut Stratoclea est.
- Syracusana resp. docet subitam fortunæ commutationem, res secundas adversis permutantis. 506, 18.
- T.
- Taureas, choregum agens, vapulat ab Alkibiade. 562, 8.
- Taureas, Demostheni æqualis, qui una cum Mærocle, et Pataco (circa tempus causæ Harpalicæ, ni fallor), in custodiam dicitur fuisse datus. 1478, 18.
- Teledamus, Argivus, proditor. 324, 10.
- Telemachus causam pecuniariam agit in Pantænetum. 963, arg. 1. 967, 24.
- Telephanis tibicinis præclarum de Demosthene meritum. 520, 9.
- Telesippe, uxor secunda Philagri, mater Menesthei. 1064, 15.
- Tercentum, *οἱ τριακισίοι*, ditissimi Athenis. 26, 25. Decem erant *συμμαχίαι*, constantes viris 1200, dividebantur hi in duas æquas portiones. hoc est sexcentos viros; quorum rursus dimidia pars, seu 300, annuatim muniis sumtuosis fungebantur. Ita vices functionum ad locupletem quemque singulis quadrienniis evolutis redibant, si vera tradidit Scholiastes d. l.
- Teres, Thrax, civitate Attica donatus, a Philippo exagitatus. 160, 19.
- Tereus, frater Pandionis, punitus a Progne et Philomela. 1397, ult.
- Tharrhex, ab Eubulo accusatus. 401, 1.
- Thasiorum quosdam, Philippus, sibi deditos, ab exsilio domum reducit. 80, 12.
- Thasii receptabant Byzantium piratas. 159, 6. Thasios et Maronitas de Stryma litigantes cogebant Athen. litem arbitro permittere. 163, 17.
- Thebani quænam in bello Phocensi Philippum postularint et impetrarint. 62, 12. a Timolao sunt prodicti. 241, 26.
- Thebanorum facientes cum Philippo. 324, 15. ab Atheniensibus expelluntur Eubœa. 597, 20. dolus, quo Platæas captabant, cum ipsorum clade elusus. 1378, 21. sq. appellantur *ἀναίσθητοι*, tardi, scævi, iliberales. 61, 1. causæ odii Athen. adversus eos. 231, 3. a victoria Leuctrica Lacedæmonios exstirpatum, et Eubœam sibi vindicatum ibant; sed intercedebant Athenienses. 258, pen. Philippo Elateam rapiente cogebat metus Thebanos, ut in societatem belli cum Athen. coirent, aut, si Demostheni credimus, cohortationibus ille suis eos permovebat. 287, sq. hoc erat initium societatis illorum duum populorum in bello Philippico. 291, 9.
- Thebani ob perversitatem atque immanitatem animorum atque morum magis sibi placebant, quam Athenienses de civilitate atque humanitate. 490, 5.
- Themison et Theodorus, Eubœenses, Oropum dolo Atheniensibus eripiebant. 259, 10.
- Themistocles, clarissimus imperator, Persas ad Salamina devicit. 296, 8. qua arte Athenas mœniis sepserit. 478, 25. quos ei honores civis habuerint. 686, 12.
- Theocles, trapezita. 1249, 10.
- Theoclines, videtur Athenis Roscius ævi sui fuisse, h. e. perfectus histrio comicus. cum quo Demosthenes Æschinem comparans, Theoclinem tragicum appellat, ut agentem histrionicam in rebus seriis et funestis. 329, 26.
- Theoclines, in quem Epichares egit a p. 1322. ad p. 1344.
- Theodorus, histrio tragicus. 418, 4.
- Theodorus, Eubœensis, v. sub v. *Themison*.

- Theodorus, Phœnix, fœnerator. 908, 26.
 Theodotus, inquilinus, sed paris cum civibus census. 912, 28.
 Theogenes Andromenis. 1259, 2.
 Theogenes, Cothokides, homo nobili genere, sed pauper. ejus cum Stephano contracta necessitudo. 1369, 15. sq. p. 1373, 17. appellatur Erchiensis, quod cum superiori loco non concilio.
 Theogenes Probalisus. 832, 2.
 Theogiton, Thebanus, Philippi studiosus. 324, 16.
 Theomnestus, gener Apollodori, primas partes agit actionis in Næeram et Stephanum. 1350, 11.
 Theophemus crebro nominatur in or. in Evergum. 1163.
 Theopompus, pater Macartati. 1051, 20.
 Theoris, ἡ Ἀημιῆς dicta, non quod Lemno esset oriunda, sed quod atrocitate scelerum illas a fabulis infamatas mulieres Lemnias imitaretur. Sacerdotio fungens Athenis, medicinam exercebat, carminibusque atque beneficiis, alios decipiebat nummis emunctos, alios dementabat. Quam Demosthenes impietatis ream peractam morte mulctavit. 793, 26.
 Theophilus Archon. 968, 1.
 Theosdotides. 533, 13.
 Theoteles. 1048, 4.
 Theotimus. 1259, 1.
 Theoxenus Alopekensis. 611, 23.
 Theramenes, inimicus Demosthenis, cujus contumelias orator ulciscitur epistola quarta. 1486, sq.
 Therippides, Pœaniensis, a Demosthene patre, qui eo familiariter usus fuisset, in tutoribus pupilli nominatur. 814, 16. et deinceps, crebrum enim legitur ejus nomen in illis in Aphobum orationibus.
 Thersagoras atque Exekestus Philiscum, Lampasaci tyrannum, peremerunt. 666, pen.
 Theseus incolas Atticæ per agros sparsos unam in civitatem conduxit popularemque gubernationis formam condidit. 1370, 16.
 Thessali perfidi habebantur. 15, 15. 657, 25. Philippus eos sibi adungebat, recipiendo, Magnesium ipsis redditurum, et bellum Phocense confecturum. 20, 2. idem a tyrannis liberatos, Nicæaque atque Magnesia donatos, libertate rursus privavit, tetrarchias ipsis imponens. 71, 10. ad eos mitti legationem auctor est Demosthenes, quæa Philippo abstraheret, jam factos ab eo alieniores per offensiones complures ab eo acceptas. 21, 12. Philippus Thessali Pylæam, seu communionem concilii Amphictyonici tribuebat, sufficiens eos in locum Phocensium expunctorum. 71, 13. 443, 17. Thessalorum qui Philippo student, nominantur. 324, 8. Thessali patrem Philippi Macedonia expulerant. 657, 22.
 Thoas apud Oreum Philippi studiosus. 126, 4.
 Thraces popularium suorum neminem ipsi occidunt, sed perimendos aliis tradunt. 677, 1.
 Thraso, ejus in ædibus Æschines cum Anaxino, Philippi speculatore, clam noctu Athenis convenit. 272, pen.
 Thrasylbulus Collytensis, quamvis in iis fuisset, qui Phylam occuparant, et tyrannos e Piræeo oppugnarant, tamen postmodum capitis causam coram populo bis dixit, et in carcerem ductus fuit. 742, 12. non tamen hic idem est cum Thrasylbulus, illo celebrato libertatis Atheniensium auctore, qui plebem exsulantem e Phyla domum reduxit, et tyrannos ejecit. 431, 12. Ecphanti Thasii opera Thaso positur. 474, ult. item Byzantio, opera Archebii et Hæraclidæ. 475, 4. ejus ad Abydum expeditio memoratur. 1310, 18.
 Thrasylbulus, illius clari filius, decem talentis mulctatus est. 431, 12.
 Thrasylbulus, Nicerati patruus, aut avunculus, pro quo Eubulus dicere noluit, tametsi cognato. 454, 15.
 Thrasylbulus, clarus orator. 301, 19.
 Thrasydæus, Thessalus, proditor. 324, 8.
 Thrasyllus, Eleusinius. 1241, 27.
 Thrasyllochus Anagyrasius, Midæ frater, Demosthenem vexavit. 539, ult. sed hic illum ultus est. 540, 21. operam navavit tutoribus Demosthenis, quo eos servaret, in periculum ab oratore adductos. 841, 3. trierarchus fuit. 1222, 24.
 Thrasyllochus, forsitan fœnerator. 1210, 17.
 Thrasyllochus Messenius, Philiadis filius, Philippi studiosus. 324, 12.
 Thrasymedes, Diophanti filius, Sphettius. 925, 15.
 Thratta, ancilla. 1356, ult. 1386, 7.
 Thucritides. 1304, 25.
 Thucritides alter, istius patruus. 1304, 27.
 Thucritus, pater Euxitheï, ejus, qui in Eubuliden egit. 1311, 18.
 Thukyðides, vir circa postrema Demosthenis tempora clarus et in rep. potens. 1329, 2. a Theocrone accusatus. 1333, 22.
 Thyestes, fabula tragica. 449, 18.
 Tigranes, legatus regis Persarum, Kyprothemini Samo tyrannum imponit. 193, 4.
 Timagoras morte mulctatus. 350, 26. de causa supplicii. 383, 18. Leon eum accusavit, qui socius legationis ei per quadriennium fuerat. 400, pen. conciliarunt hi pacem ἐν Ἀνταλκίδου dictam.

- Schol. ad 419, 21.
- Timanoridas, Corinthius, amator Neæræ. 1354, 11.
- Timarchus instruens accusationem Æschini de legatione flagitiose obita et rep. male gesta, præventus ab Æschine probrosæ vitæ notatur. 341, 18. 413, 27. 416, 18. rogationem tulit, ut qui Philippo arma et instrumenta belli administrasset, is morte mulcetur. 433, 5.
- Timocrates, in quem oratio agit a p. 700. ad p. 767. reum agens rogationis et noxiæ, et a tenore juris civilis abhorrentis. Rogationis formula legitur p. 712, 18. alia ejusdem Timocratis rogatio, illi repugnans. 720, 18. accusator dicitur, et Midie studiosus. 560, 3. honorem quæstoris gessit cum Androtrione. 734, ult. videntur hunc quoque significare hi loci. 853, 2. 1017, 1. 1025, ult. fuit Archon tum, quum Demosthenes Aphobum accusaret. 869, 4. 873, 11. Estne idem, qui Onetoris sororem Aphobo permisit? 866, 4. qua de muliere multus in ista oratione in Onetorem sermo fit. Orationem Timocrateam ab ipso Demosthene editam esse, negat Plutarchus, affirmat Gellius.
- Timodemus, trapezita, mensam evertit. 953, 16. 959, 27.
- Timolaus Thebas prodidit. 241, 26.
- Timomachus ab Apollodoro Pasionis accusatus. 960, pen. quæ oratio hodie non superest. largitionum reus est actus. 398, 2. Si idem fuit cum memorato p. 658, ult., videtur imperator classis Atticæ in Thracia fuisse, quo tempore Cotys emporia Thraciæ atque Cherrhonesi Atheniensibus eripiebat. p. 1210, ult. dicitur Menoni successor venisse.
- Timosthenes Ægialensis, negotiator. 1193, 9.
- Timotheus, Cononis filius, clarus imperator, auctor fiebat mittendarum in Eubœam copiarum, quæ Thebanos illinc expellerent. Olymp. CV, 3. 108, 10. Macedonum auxilio afflixit, ant subegit Olynthum. 22, 5. quam expeditionem necesse est evenisse tum, quum Athenienses adhuc Philippi socii essent, cujus societatis mentionem facit. 20, 1. Coreyram expugnavit. 172, 25. 686, 22. Olymp. CI, 4. Samum liberavit a tyrannis; et negotia ejus cum Ariobarzane. 192, pen. Τιμαθὲν δίδωτες τὴν δωρεάν p. 482, 26. significat Athenienses ei immunitatem decrevisse, aliosque ab eo commendatos civitate donasse. Successor Iphicrati ad Amphipoliam fuit missus. 669, 7. de ætate hujus expeditionis v. Corsini F. A. t. I. p. 348. commemorat eundem Aristoteles economic. II. apud eundem Cors. t. II. p. 224. proponitur in exemplum hominis ætate sua ditissimi. 815, 12. accusatur ab Apollodoro Pasionis, de ære debito a p. 1184. ad p. 1205. mentio fit hujus accusationis p. 961, 1. ejus legatio ad regem Persarum. 1185, 20. res adversus Lacedæmonios male gestæ. 1187, 3. ob quas ab Iphicrate item et Callistrato majestatis fuit postulatus. 1187, 7. causam hanc dixit Asteo Archonte. 1190, 24. ægre absolutus, in Ægyptum abiit, et regi Persarum meruit, ut imperator. 1191, 21. illa infausta expeditio Peloponnesiaca incidit in annum, quo Archon fuit Socratides. 1197, 17. quem excepit Asteus, et hunc Alkisthenes. Isocrate, sophista, familiariter usus esse, ab eaque consuetudine multum ad elegantiam literarum atque morum profecisse dicitur. 1415, 6. Plutarchus §. 1. Timotheum causa adversus Apollodorum cecidisse ait. Barton p. 192. ait eum capitis accusatum ob rem male gestam in bello sociali. in quo fallitur. adventum Iasonis atque Alcetæ, quos Athenas venisse Timothei excusandi et deprecandi ergo e p. 1190, 24. constat, refert ad A. 4. Olymp. CI. Corsini. F. A. I. p. 97.
- Tisias, pater actoris in Calliclem. 1273, 7.
- Tisias Acharnensis arbiter inter Apollodorum et Phormionem delectus. 1104, 3.
- Tisias, Iphicratis frater. 534, 24.
- Tromes, Æschini pater, ut Demosthenes eum appellat, Æschines enim ipse Atrometum edit. 270, 7.
- Tyranni numero XXX. Athenis, quam pecuniam a Lacedæmonii mutuam sumsissent, eam exsules domum reversi de suo refundebant. 460, 15. quæcunque in judiciis, sive publicis, sive privatis, constituisent, pace reddita, abolita et peremta sunt. 718, 13.
- Tyranni Thessalici, a quibus Philippus Thessalos liberavit. 22, 8. Scholiastes Aleuadas atumat significari. Sed alii de Pitholao, Tisiphono et Lycophrone interpretantur, qui, cum Alexandrum Phæræam peremissent, ipsi tyrannidem exercere cœperunt.

X.

- Xenippus a Mantitheo editus arbiter, in causa nominis, sed a Bæoto rejectus. 1021, 16.
- Xennis, ancilla Neæræ. 1386, 8.
- Xeno, scenerator. 948, 16.
- Xenocles, Atheniensis, poeta, artem in Macedonia exercens, a Philippo jussus est finibus suis emigrare, quod Hege-sippum, oratorem, ipsi infestum, hospitio excepisset. 447, 11. amavit Neæræ

- ram. 1353, 14. cur infamia fuerit notatus. *ibid.* 16. sq.
- Xenopithes, Nausicratis filius, in quem Aristæchmi filii agunt orat. a p. 984. ad p. 993.
- Xenopithes alter, istius patruus. 986, 24. 991, 13.
- Xenophron, Phædimi, qui in numero XXX. tyrannorum fuerat, filius, Æschinem cum reliquis legationis collegis in Macedonia hospitio excepit. 402, 15.
- Xerxis in Græciam expeditio memoratur. 1377, 11.
- Xuthus, negotiator, aut nauclerus. 816, 26.

Z.

- Zeno, Phlyensis, Areopagiticus senator. 272, 5.
- Zenothemis, negotiator, seu potius veterator, Syracusanus, in quem Demosthenis patruus, egit a p. 882. ad p. 891.
- Zobia, v. *Boxia*.

INDEX GEOGRAPHICUS

IN DEMOSTHENEM.

- ABYDUS.** 326, 17. a Thrasybulo infestatur. 1310, 18.
- Acanthus.** 917, ult.
- Acarmania.** Atheniensium ad eam expeditio. 1173, ult. archonte Pythodoro. 1174, 13.
- Ægina** insula parva et ab Athen. contenta. 690, 27. exsilium ibi toleravit Aristides, donec revocaretur. 802, 17. piratæ ibi capturas suas Atticarum navium vendebant. 1248, 7.
- Ægospotami,** ubi funestam cladem accepit resp. Athen. 691, 7.
- Ægyptus** a Persa recuperata Olymp. CVII, 3. 160, 9. sinistrum fuit hujus belli initium Persis. 193, 24. ibi Timotheus, permissu reip. classi Persicæ præfuit, et rem nomine regis gessit. 1191, 21.
- Ænians.** 1379, 22.
- Ænus.** Ænii ab Athen. alienati. 1334, 15.
- Agora,** oppidum Cherrhonesi. 86, 15.
- Alopeconnesus,** pariter. 256, 23. situs ejus declaratur p. 675, 25.
- Ambraciam** atque Leucadiam Philippus, anno ante, quam Byzantium obsessum iret, eripire conabatur Corinthiis. 118, 5. 120, 1. verum Demosthenes, Lycurgus, Hegesippus, alique, obeundis ad civitates Peloponnesi legationibus, conatum illum represserunt. 129, 21. 133, ult.
- Amphipolin** proditione nactus Philippus, proditores primos sustulit. 12, 19. quum obsidens eam simulasset, ubi cepisset, Atheniensibus restitutum, ipse sibi servavit. 659, 4. ex pace ei cessit. 63, 15. ab Alexandro Macedone, illo vestito, Xerxis æquali, primo fuit occupata, dudum ante Atheniensium adventum illuc. 164, 19. illa de reddenda Amphipoli pollicitatione, Athenienses a societate cum Olynthiis abducebat Philippus. 19, 26. Timagoras, in pace, quam cum rege Persarum iniit, Amphipolin ei permisit. 383, 23. Charidemus obstitit, quominus Athenienses eam recuperarent. 669, 12. Charetis adversus eam expeditio cur irrita fuerit. 26, 10.
- Amphissensium** Locrorum sacrilegium. 274, 20. sq. propter bellum inde coortum Philippus Elateam cepit, et dux Græciæ fuit nuncupatus. 275, 12.
- Anthemus.** Philippus hoc oppidum, quod superiores Macedonia reges diligenter sibi vendicassent, Olynthiis, in mercedem operæ sibi in bello adversus Athen. præstiti, vel potius, quo imprudentes inescaret, sopiret, torpore atque securitate occæcarent, atque sibi obstringeret, sub initia regni sui donabat. 70, 27.
- Antissa,** oppidum Lesbi. 213, 19. huc secedebat Iphicrates, videns, et in Thracia Cotyn sibi insidiari, et in patriam haud patere reditum. 664, 2.
- Antron,** et in plur. Antrones, oppidum Eubœæ, proditione a Philippo captum. 133, 26. Sic Scholiastes. Verum Tourrellus in Thessalia collocat.
- Aphidna,** municipium Atticum, ad 120 stadia ab Urbe. 238, 18.
- Apollonia.** 117, 20.
- Araphenus,** municipium Atticum. Ἀραφηνῶν. 1074, 9.
- Argos.** 1237, 10. Argolicus sinus. ibid. 9.
- Argura,** oppidum Eubœæ, ubi Athen. parum prospere pugnabant. 558, 3. et 16. 567, 18.
- Artemisium,** ubi Græci prælio navali cum Persis conflixere. 297, 14. 1377, 19.
- Athenæ** quomodo mœniis a Themistocle septæ sint, et rursus a Conone, vetustis mœniis a Lysandro dejectis. 478, 25.

B.

- Basilei** stoa. 776, 20.
- Bosporus,** emporium in Ponto. 467, 11.
- Brauron.** ἡ Βραυρωνίθεν ἱερεῖα. 1264, 20.
- Bucheta,** oppidum Cassopiæ. 84, 23.
- Byzantium,** a Philippo obsessum Olymp. CIX, 4. 248, 17. servatur ab Athen. classe illuc missa, auctore Demosthene. 252, 8. illam obsidionem suscepit Philippus ab Eubœa depulsus. 254, 17. classis illa Attica Byzantinis auxilio missa, CXX navibus constabat. 256, 1. imperante Phocione.
- Βωμὸς Διὸς Ὀρίου** in Cherrhoneso. 86, 18.

C.

- Cabyle, oppidum Thraciæ. 100, 22. estne eadem, quæ p. 159, 10. Crobyle appellatur?
- Calauria, vel Calabria, insula prope Trœzenem. 1183, 7. ibi templum erat Neptuni, in quod Demosthenes exsul refugiebat. 1472, 10.
- Cardia fraudabat Charidemus Athenienses. 681, 6. situs ejus accommodatus ad infestandum totam Cherrhonesum excursionibus. *ibid.* 19.
- Caria v. *Mausolus*.
- Cassopia, regio. 84, 22.
- Κεβρῖν, ἦνος, oppidum haud procul Ilio. 671, 9.
- Kephalenia. 884, 13. unde gentile Κεφαλήν, ἦνος. 886, 2. 888, 15.
- Chæronea, fanesta illa Atheniense clade nobilitata, quæ nude ἡ μάχη dicitur. 309, 22. 803, 27. Olymp. CX, 3. die septimo Metagitnionis. Corsini F. A. I. p. 359. 363.
- Chalkedon, olim Atheniense cum fuisset, Persis cesserat, Byzantini postmodum eam sibi vindicarunt. 193, 12.
- Chalkis, ostium Eubææ. 681, 17, erat primitus Atheniense, deinde facta fuerat metropolis Olynthi. argum. Olynth. primæ, ubi genus Chalkidicum in Thracia multum fuisse dicitur.
- Chelidoniæ insulæ, intra quas ne liceret Persis navigare, cautum in pace fuerat. 429, 1.
- Cherrhonesus. Philippi studiosi rumorem Athenis spargebant, cujus auctorem ille se negabat esse, eum ære suo ducta fossa Cherrhonesum a terra continente separatum esse, et peninsula insulam facturum. 73, 7. et classis eo mitteretur, peninsula ab insultibus Philippi custoditura, auctor fuit perfecitque Demosthenes. 252, 3. ubi videtur classem Diopitheam significare. Sic servata fuit Cherrhonesus. cujus rei memores Cherrhonesitæ coronas aureas aliosque honores P. A. detulerant. Decretum exstat p. 256, 21. ubi etiam populi peninsula tenentes nominantur, Sestus, Madytus, Eleus, et Alopeconnesus. Cherrhonesi limites, et Philippi super iis cum Athen. expositulatio. 86, 15. perfossio Cherrh. tentata. 86, 17. Cherrhonesus, juxta pacem Philippum inter et Athen. conditam, cedebat Atheniensibus. 365. ult. orationis Aristocrateæ initium, quæ oratio anno primo Olymp. CVII. dicta esse creditur, hortatur Athenienses, ut providerent, ne, quam vix et ægre recuperassent Cherrhonesum, eam rursus amitterent. 621, 7. cur metuendum minus sit, ne Kersobleptes cupidine Cherrhonesi tentetur. 657, 4. Charidemus lactabat Athenienses vana spe restituendæ Cherrhonesi. 671, ult.
- Chius, Cos, et Rhodus Cariæ domino permissæ per pacem Philippi cum Athen. 63, 18.
- Kirrhæa. Kirrhæa regio Apollini Delphico consecrata. 277, 6. inde natum bellum Amphictyonicum cum Amphissensibus, quod Philippum in Græciam induxit. *ibid.* et in seqq.
- Cleonæ. 258, 8.
- Κεῖλη, municipium Atticum. 611, 22.
- Colias, promontorium Atticum. 1356, 8.
- Colonus. Κολωνῶθεν. 535, 9. 1352, 8. et 16.
- Colyttus. 288, 19.
- Corcyram capit Timotheus. 172, 25. 686, 21. Olymp. CI, 4.
- Corinthiaco in bello Athenienses, egregiam navarunt operam. 258, 11. p. 472, 20. attingit ingentem illam cladem, quam Athenienses in bello Corinthiaco, una cum sociis, a Lacedæmoniis acceperunt, coacti sub urbis mœnia se recipere. Corinthiorum plerisque volentibus eos excludi, ne una cum ipsis trepidantibus, hostes quoque per portas patentes in urbem irrumpent, fuere tamen Atheniensium quidam amici, qui eos receperunt. verum hi tempore post, Lacedæmoniis Corintho potitis, illinc exsularunt.
- Coronea. 69, 10. Philippus sub finem belli Phocici desolavit. 375, 12. 445, 21. atque Thebanis donavit. 385, 5. hæc, et Corsiæ, et Orchomenus, erant tres Phocensium arces, unde in Bœotiam excurrerant. Diodor. Sic. II. p. 127.
- Corsiæ, pari fortuna cum Coronea usæ. 385, 5. v. Wesseling ad Diodor. I. c.
- Cos, Chius, et Rhodus Cari permissæ in pace Philippi cum Athen. 63, 18. 198, 20. Cum vinum exportabatur in Pontum. 933, 15. 935, 8.
- Crithote, oppidum Cherrhonesi. 672, 20. 673, 27.
- Kyanæ rupes, intra quas ne navigaret, interdictum fuit classi Persicæ. 429, 2.
- Kynosarges. 691, 18.
- Kyprus, municipium Atticum. 249, 13.
- Kythera item. Κυθήραδε. 1040, 12.
- Kythus et Siphnus Athenis in proverbio usurpabantur pro populis contentis, exemplis extremæ ignobilitatis et infirmitatis. 176, 10.
- Kyzikeni, cur ab Atheniensibus defece- rint, et bello sociali adversus eos interfuerint. Schol. ad 570, 15. stater Kyzikenus valebat in Bosporo 28 drachmas Atticas. 914, 11. unde paret, nummum aureum fuisse.

D.

- Deklea.** Dekelico bello, quæ pars est Peloponnesiaci, Athenienses a Thebanis atque Corinthiis ingentes clades accipiebant. 258, 13. 562, 4. 597, 26. 740, 25. 1304, 7.
- Delphicum templum** pecunias poscentibus sænori dabat, ut Alcæonidis dedit, exsultantibus, quo domum redirent, atque patriam a Pisistratidis liberarent. 561, 18. patria sacra pro rep. Athen. Delphis facere, nisi Atheniensi, nemini licebat. 1481, pen.
- Delus.** ad causam templi Apollinis in Delo pro Atheniensibus in concilio Amphictyonico dicendam, delectus a populo cum fuisset Æschines, eo reprobato, senatus Areopagiticus actionem hanc Hyperidi demandavit. 271, 23. id quod evenit ante, quam Pythôn Athenas veniret. 262, 16.
- Digma, Δείγμα,** locus in portu Athen. ubi negotiatores exempla mercium advectorum spectatum exponebant, et mercatus contrahebant, vulgo *Bursa*, *die Börse* [the Exchange]. 1214, 18.
- Dioscureum,** seu templum Dioscurorum. 390, 26.
- Dodona.** Dodonæi Jovis oracula de secunda Athen. fortuna. 311, 20. 1466, 27. 1487, 1.
- Doriseus,** oppidum Thraciæ. 133, 16. 390, 2.
- Drongilus,** item. 100, 22. 135, 18.
- Drymus.** 446, 2. v. Corsini. F. A. par. I. d. v. p. 256.
- Drys,** oppidum prope Byzantium. 664, 2.

E.

- Echinus,** oppidum Thessaliæ finitimum, a Thebanis conditum, Echino duce, e Spartis oriundo, quo Philippus Thebanos mulcavit. 120, 3.
- Etionæa, Ἐτιώνα,** alterum cornu Piræci, agro Attico valde importuna, quo receptum ibat Critias Lacedæmonios. quapropter Aristocrates, Skellii filius, eam evertit. 1343, 8.
- Eton, Ἔτων,** apud Amphipolin, bellum ibi gestum. 173, 5. 687, 1.
- Elatea,** oppidum Phocidis. 275, 13. Philippo eam subito rapiente, Thebani; ea re et offensi et perterriti, ab ejus societate deficiebant, et cum Atheniensibus juncti, Macedonem expellebant. 278, 6. Diodor. Sic. II. 142. 143. anno secundo Olymp. CX. exeunte. Corsin. F. A. I. p. 358. 364. Ad p. 69, 18. cur receperit Philippus Elateam

mœnibus cincturum, (anno 2. vel 3. Olymp. CVIII.) scilicet persuaserat Phocensibus, operam se daturum esse, ut urbe eorum primaria, Elatea, munienda, Thebanorum incursiones reprimat.

- Elatea,** oppidum Cassopiæ. Philippus Alexandro, Olympiadis, uxoris suæ, fratri donabat. 84, 23.
- Eleus, Eleuntis,** oppidum Cherrhonesi. 256, 22. 672, 20.
- Eleusis,** oppidum Atticæ, ad CXX ab Urbe studia. 238, 18. capta a Philippo Elatea, hortabatur Demosthenes Athenienses, ut ad Eleusin armati prodirent. 290, 5. templum augustum Cereris ibi. 1385, 3.
- Elin** in Peloponneso tenebat Philippus. 118, 5. cædibus ibi grassatus est. 135, ult. 424, 22. vel potius factio ejus. gubernationem popularem ibi sustulit. 435, 16.
- Eressus,** oppidum Lesbi. 213, 19.
- Eretria,** oppidum Eubœæ e regione Atticæ. 98, 26. ubi tyrannidis a Philippo ibi constitutæ mentio fit, anno 2. aut 3. Olymp. CIX. 119, 21, 125, 18. idem bis rebellantes compescit. 125, ult. Athenienses Eretriam a Clearchi tyrannide liberarunt, auctore Demosthene. 252, 5. et 19. 787, 1. ex Eretria Datis Persa in Marathoniam trajecit. 1377, 5.
- Ergisca,** oppidum Thraciæ. 85, ult.
- Eubœam** Thebanis rapientibus, Athenienses, auctore Timotheo, subita expeditione liberabant. 108, 12. 205, 25. Olymp. CIV. 1. Amphipoli adhuc salva, id quod ex eo constat, quod de adventu legatorum Amphipolitarum p. 11. 11. narratur. item ante expeditionem Olynthiacam. 566, 22. Conf. etiam p. 44, 26. alia posterior Athen. in Eubœam expeditio, Olynthiacam insecuta. 566, pen. et cædem Cotyis. 678, 12. Philippus, pace cum Athen. composita, Eubœam tyrannis implebat, Eretrici Clitarchum imponens, Oreo Philistidam, aliis alios, ut Hipparchum, Automedontem, anno 2. aut 3. Olymp. CIX. 99, 1. 119, 22. 125, 25. 248, 14. quas tyrannides P. A., auctore Demosthene, depulit. 252, 3. et 18. quod ob meritum oratori prima corona aurea fuit decreta, auctore Aristonico. 253, 19. 254, 16. turbæ in Eubœa ob Plutarchum, ibi tyrannum, circa annum tertium Olymp. CI., quibus immiseri P. A. dissuadebat orator. 58, 4. sed nequicquam, et Eubœenses ab Athen. adjuti malim ipsis referere gratiam. 58, 12. Demosthenes in Eubœam a Philippo sollicitatam et tentatam obibat legationem, 252, 6. Eubœa quare de-

fecerit ab Athen. 550, 25. *schol.* primæ Euboicæ expeditionis, illius adversus Thebanos, mentionem facit. 570, 23. ubi brevi finitam ait esse per inducias Dioclis, et p. 597. 19. ubi negotium hoc totum triduo ait absolutum et peractum esse, item p. 1316, 14.

F.

Φαρσάν λιμὴν, furum portus, Atheniensi vicinus et insidians, valdeque incommo- dans, ubi laterent et pirateæ, qui naves Athenas tendentes prædarent, et si qui emporium Atticum fraudare vectigalibus, ipsi tamen ibi merces suas vendere vellent. 932, 15. Palmer, *Excerc.* p. 639.

G.

Geræstus, promontorium Eubœæ. 49, pen. ubi Philippus naves Atticas corripiebat, vergente ad finem, aut jam modo peracto bello Phocico, insidiabatur Philippus Geræsto. 445, ult.

H.

Haliartus, opera Athen. Thebanis in prælio apud Haliartum adversus Lacedæm, navata (Olymp. XCVI, 1.) laudatur. 44, pen. 258, 10.

Halonesus erat Atheniensium, sed tenebatur a piratis, quorum dux erat quidam Sostratus. 162, 10, quos Philip- pus inde cum dejecisset, insulam sibi arrogabat, et reposcentibus Athenien- sibus aiebat, αἰτούσι δώσειν, gratuito donaturum, non autem, quod Athenien- ses contendebant, ἀπαίτουσιν ἀποδώ- σειν, reposcentibus, ut suam, de jure, redderent. 162, 17. orationem ergo de Halonneso qui scripsit, quisquis est, is auctor est civibus, ut eam conditio- nem repudiet a p. 76. ad p. 88. post- modum a Pepartheis capta est insula, qui neque insulam, neque præsidia, Phi- lippo reddentes, ab eo vexati sunt. ve- rum Athenienses eos tuebantur. 162, 5.

Halus, al. Alus, oppidum Thessaliæ. 152, 4. Ἀλεῖς, Halenses. 352, 17. 353, 13. Scholiastes ibi ait, Pharsalios Phi- lippo studuisse, Halenses Atheniensi- bus. Philippum ergo hæc ambo op- pida mutuis bellis inter sese commi- sisse. Halus, ut a Philippo diruta atque desolata fuit, Pharsaliis est per- missa. 353, 15. Parmenion Halum op- pugnavit. 392, 20. quo tempore Athe- nienses cum Philippo de pace agerent.

448, 18. Philippus Halenses et Phar- salios a pace exclusos volebat, et jam Philocrates eorum nomina expunxerat. verum P. A. cogebat eum ea rursus inscribere. 391, 4. nihilominus tamen perfecit Philippus, ut excluderentur. 395, 25.

Hedyleum, oppidum Bœoticum. 387, 11. Heræum, Ἡραίων τεῖχος, castrum in Thra- cia, Philippus cepit, nequicquam molientibus Athen. ei succurrere. 29, 22. Olymp. CVI, 4.

Hieron, promontorium in Ponti faucibus. 468, 10. 926, 5. 1211, 25.

Hieron oros, seu mons sacer, jam con- dicta et jurejurando sancita pace, cap- tum a Philippo. 85, ult. antequam Diopithes coloniam in Cherrhonesum duceret. 114, 18. 390, 3. una cum thesauris [fort. Miltokydis] a Coteye occupatum. 655, 6. geminum Oros hieron statuit Valesius ad Harpocr. 76. alterum in Thracia, alterum ad Pontum Euxinum.

Hippodamea, nomen fori in Piræeo, semi- ta ibi primaria et splendidissima, sic dicta ab Hippodamo, architecto, qui Piræeum ædificavit. 1190, 27. v. Pal- mer. *Excerc.* p. 646.

I.

Ilium occupatur a Charidemo. 671, 9.

Imbrus, insula, prope Thraciam. 49, 26. expeditio Athen. cum bis mille pediti- bus gravis armaturæ, ad colonos Atticos ibi tuendum. 265, 9. 1346, 12.

L.

Lampsacum occupat Chares. 26, 14. vel accipit in mercedem operæ Artabazo præstitæ. v. Schott. p. 54. Philiscus, ibi tyrannidem exercens, a Thersagora atque Exekesto, Lampsakenis, inter- mitur. 666, 27. 1212, 8.

Larissa. 392, 22.

Lemnus, eo suscepta expeditio. 47, 19. 1346, 12.

Lesbo ejecti tyranni, qui ante pacem cum Alexandro M. fuissent. 213, 19.

Leucas, Leucada Corinthiis eripere tenta- bat Philippus. 120, 1. 1304, 8.

Leocorium, fanum Athenis. 1253, 25. Suidas. Æliani V. H. XII. 28. Cicero de Nat. Deor. 3. 19.

Leuca acta, seu litus candidum. 86, 16.

Leuctra, Leuctrica victoria insolenter abusi sunt Thebani. 231, 4. 258, pen. contigit archonte Phrasiclide. 1357, 16.

Limnæ, locus extra Athenas, ubi templum

Bacchi antiquissimæ et celeberrimæ religionis. 1370, 27. semel tantum quotannis aperiebatur. 1371, 6. Corsin. F. A. p. 327, 28.
Lithotomiæ, metalla saxea, locus Athenis, inter Urbem et Piræum. 1252, 8.
Locri. legum Locrensiū prædicatio. 743, pen.

M.

Macedonia tam erat Græcis contemta, ut ne mancipium quidem frugi existimarent inde exportari. 119, 8. olim vectigalis erat Atheniensibus. 156, 17.
Madytus, oppidum Cherrhonesi. 256, 23.
Magnesia Thessalica a Philippo capta. 12, ult. mœnibus eam cingi volebant Thessali, Philippo id agente. 15, 19. hujus oppidi causa rationes a Philippo repetere volebant Thessali. 21, 14. Philippus eam ipsis una cum Nicæa restituebat. 71, 11. veluti regio a Thessalia separata memoratur. 1382, 5.

Malienses prope Phocidem. 1379, 22.
Marathon. Philippus in oram Marathoniam ascendit, et illinc sacram Athen. triremem abstraxit. 49, ult. Marathoniam pugna, duce Miltiade, cum Persis commissa. 172, 16. et 23. 686, 7. celebris illa Demosthenis jurandi formula *ὄ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι.* 297, 11. soli Græcorum omnium Platæenses Atheniensibus succurrerunt. 1377, 3.
Maroneam aggreditur Philippus. 681, 26. erant ibi argentifodiinæ. 967, 17. 1213, 3. et 11.
Massilia. 883, 15.

Mastira, oppidum Thraciæ. 100, 22. 135, 18. v. Harpocr. qui Bastira leg. esse contendit.

Megalopolin Arcades condiderant magna cum Lacedæmoniorum molestia et ægritudine, statim post pugnam ad Mantineam, agrumque Spartanum inde vexabant incursionibus. Thebani ergo, Phocico bello impliciti, quum otio carerent, Arcadas, socios suos, tuendi, periculum erat, ne Megalopolis rursus excinderetur. Mittant ergo legatos Athenas, tam Arcades, quam Lacedæmonii, pro se quique tendentes. Demosthenes tum civibus auctor factus est, ut Megalopolitanos tuendos susciperent, orat. a p. 202. ad p. 210. (v. Schott. p. 63. qui ad annum quartum Olymp. CVI. refert.) Conditæ fuerat Megalopolis anno secundo Olymp. CII. legatio Æschlinis ad Megalop. 344, 13.

Megaræ insidiabatur Philippus paulo ante, quam Byzantio admoveret obsidionem. 115, 2. 118, 6. parum aberat, quia caperet. 133, 24. 248, 13. sub

finem belli Phocici, aut eo jam finito 446, 1.

Melite, locus Athenis. 1258, pen.
Melus. Melii receptabant piratas. 1339, 23.

Menda. 926, 1. Mendæum vinum exportabatur in Pontum. *ibid.* 7. 929, 15. 935, 9.

Messene. 69, 9. 213, 22.

Methone in Thracia a Philippo obsessa. 11, 17. 1220, pen. ubi Macedonia appellatur, quo dignoscatur a Peloponnesiaca.

